2

119

AD REVEREN-
DISSIMVM IN CHRISTO PATREM ac illustrissimum Principem Erardum de Marcka, S. Romanæ Ecclesiæ Tituli Sancti Chrysogoni Cardinalem Presbyterum Archiepiscopum Valentinum, Leodiẽsem Episcopum, Bulloniæ Ducem: Comitem Lossensem, &c. Fratris Jacobi Hoechstrati theologiæ professoris, per Coloniensem, Moguntinensem, ac Treuerensem Prouincias, hæreticæ prauitatis Inquisitoris Catholicæ aliquot disputationes.

Contra Lutheranos.

SEQVVNTVR VERITATES OCTO, quæ primo libro continentur, totidem approbatæ disputatiõibus.

1. Fides spiritus sancti donũ, sine bonis potest esse opibus.
2. Per opera bona, homo uitam meretur æternam.
3. Regnum cœlorum, est bonis operibus debitum.
4. Opera bona, faciunt mortales cœlo dignos
5. Impium commentum est asserere. Si bona opera nos cõstituunt cœlo dignos, Christus frustra mortuus est.
6. Homo per opera pœnalia bona, Deo pro suis peccatis satisfacit.
7. Opera bona, plurimum conferunt ad beatitudinem.
8. Scriptoribus Euangelicis phas non erat, sanctorum docere inuocationem, eam tamen esse salutiferam ex sacro conuincitur Euangelio.

¶ Scopus totius operis.

☞ Opera bona non iustificant, sed hominem beatificant.

¶ Sequitur index libri secũdi & tertij.

Anno M. D. XXVI. mense Iunio.

non pos.

SEQVVNTVR ETIAM ET OCTO
Lutheranorum blaſphemię cum ſuis diſputatio-
nibus, quæ ſecundo & tertio libellis
continentur.

1. Sola fides iuſtificat impium.
2. Fides ſine charitate non eſt fides, ſed opinio.
3. Credendum eſt, quod ſumus filij dei, & ob hoc ſaluandi, quicquid ſit de operibus
4. Per ſolam fidem & fiduciam in Chriſtum, anima ſcelerata, ſpirituale cum Chriſto habet matrimonium.
5. Ad puniendum hominem quantumlibet peccatorem ſi credit & confidit, diuina iuſtitia mutire non audet.
6. Credere & confidere, Chriſtum pro nobis paſſum eſſe deo eſt acceptius nobiſq; ſalubrius, quàm pro dei honore milleſies martyrium ſubire.
7. Deus non conſiderat quæ & qualia ſunt Chriſtiani hominis opera, bona ne ſint an mala.
8. Opera noſtra quamuis ſancta uideantur, omnia ſunt immunda.



Acit reuerendiſſime in Chriſto pater & domine gratioſiſſime, tuæ excellentiæ undiq; laudata uirtus ut pij atq; de Republica Chriſtiana bemeriti oĩes tibi congratulenť applaudantq;. ſpe ampliſſima concepta, ꝙ tuo potiſſimũ zelo quo fidei Chriſtianæ nequiſſimos æmulos & uere non euangelicos uiros, hactenus ſub tua ditione: non dicã agere quippiam aut docere, ſed neq; ulla caſella deliteſcere paſſus ſis, apud auguſtiſſimũ orbis principẽ (cęſarẽ dico) apđ quẽ & cõſilio & autoritate plurimũ polles, tandẽ ages ut neq; in ullo Romani Imperij angulo queant diuerſari. Laus ingẽs & boni paſtoris præconiũ immẽſum, qui ſuper fęmur gladiũ geſtans & lectulũ ambiẽs Salomonis, cũctos à grege tibi cõmiſſo: nocturnos hactenus timores depuliſti. Neq; ſuſtinuiſti ut ad demoliẽdã uineã tuæ cuſtodiæ delegatã, uulpeculæ intrare potuiſſent, q̃bus & ſi facies ſint diuerſæ, caudas tñ oẽs noſcunť hře colligatas. Quo fit, ut ſi bonoꝝ laboꝝ, ſcriptura teſte, glioſus ſit fructus

ctus, tanto tu gloriosiore compendio magnificeris, quanto in re tã in primis deo placita, Ecclesiæ sanctæ utili, ac fidei communiq; saluti necessaria, operas diligentissimas adnauare non detrectaueris. Hoc cardineæ uirtutis est & auitæ probitatis specimen. Iure optimo te non modo Cæsar à Secretis, uerum & pontifex maximus rubro galero nuper donans: inter cœtus sui primarios proceres à Consiliis delegit, in firmamentũ Ecclesiæ, te calumnam immobilem constituens. Quocirca ego, dum nuper contra nonnullos Lutheranæ factionis impios ministros, ex officio à summæ Apostolicæ sedis culmine, mihi (licet immerito) delegato, causam quampiam agerem, & subinde contra male euangelicos ac perfidos nonnullos, non tam occasio quàm necessitas occurreret, tu Reuerendissime pater & princeps graciosissime, ob præclaras quas dixi, tibi collatas à deo dotes in mentem uenisti, cuius excellentiæ ac nostræ Academiæ perpetuo ornamento, lucubratiunculam meã dedicarem, probe sciens, q si iudicio candidissimo tuo, hanc meam opellam probari contigerit, impauidam se omnium oculis procul dubio se possit ingerere. Neq; calumniã arbitratus sum passuram ullam, nisi contrariæ farinæ homini in manus inciderit. Cuius tamen, quemadmodum & laudis blãdimenta flocci facio, ita neq; runcos formido, paratus iuxta apostolum semota contentione de ea quæ in me est fide & spe omni poscenti reddere rationem. Simulq; me tuæ Reuerendissime dominationi ac illustri gratiæ humili subiectione commendans quam summus deus maximus in multa prosperitate longæuam suæ ecclesiæ conseruet. Ex Agrippina Colonia Calẽ. Maij, Anno salutis Christianæ. M.D.XXVI.

¶ Aduersarius.

¶ Vt ignis sine calore, ita & fides sine bonis operib⁹ eē nō pt

¶ Theologus.

¶ Fidē spūs sancti donū sine bonis operibus esse posse, nobis
Cap.xx. ex euangelio diuus declarat Augustinus libro de fide & ope
ribus. Illud deinde inquit quō uerū erit ꝙ eos quos ad sinistrā
est positurus dicēs. Ite in ignē æternū. Nec increpat qa in eū
nō crediderunt, sed qa bona opa nō fecerunt. Et iterū. Illos in
illū ignē æternū ituros dicit, quorū nō fidē, sed bona opa de-
fuisse declarauit. An nō cōspicis ex sacro probatū esse euāge-
lio multis eorū q à sinistris ponētur, exprobrandū fore à sum-
mo iudice, nō ꝙ à fide defecerint, sed qa à bonis operibus ua-
cui inuenietur. Potest ergo fides sine bonis esse opibus, nā ut
nobis testis est Augustinus de trinit. ca. xviij. Donū charita-
tis solū est qd̄ diuidit inter filios regni & filios perditōis æter-
næ. Et iterū. Ipsā fidē nō facit utilē, nisi charitas. Sine charita-
te quidē fides pt esse, sed nō prodesse, sed opa q̄ nō fiūt ex cha
ritate, bona nō sunt, pt itaq; fides eē sine bonis operibus.

¶ Aduersarius forsan dicturus est.

¶ Non loquimur in præsentiarum de quauis fide, sed de uiua
fide, hæc aūt sine bonis operibus esse nō potest.

¶ Theologus.

¶ Hac uia nullatenus elabi poteris. De fide recta locutus es, et
qdē rectissime cū dixisti. Fides docet hoīem ī sola Chri satisfa
ctione cōfidere & seruantē diuina mādata deū habere propi-
ciū. Præuaricantē aūt habere deū iratū uinculisq; diaboli esse
astrictū. Nōne fides docens ista eadē est cū illa quā etiā recte
dixisti, Orare deū pro remissione peccatorū, Et humili prece
eorū remissionē ipetrare? Et nisi oīno forte de industria ī æq-
uocatione noīs fidei ludere uelis, est certe eadē fides, q̄ primū
docet fidelē, deinde orat, & tertio impetrat remissionē pecca-
torū, p diuiæ dilectiōis infusionē. An putas fidē pcedētē eodē
momento q̄ humili pcatiōe infusionē diuinæ dilectiōis impe
trat extingui, ut sic fides mō quodā uipereo impetrādo chari-
tatē, interimat seipsam? Minime. Nihil em̄ is q nūc charitatis
donū assecutus ē, iā credit qd̄ nō ante credebat dū oraret. Ma-
ne t itaq;,

net itaq; fides q̃ orabat. Sed qd dicemus? Nũ igit fides charitate aduenieñte erit ociosa, nullũue in opando cõmertiũ habebit cũ charitate quã orando obtinuit? An aliã fidẽ supuenire credem⁹, q̃ iuxta aplicã sñiam sit fides q̃ p charitatẽ, id ẽ p dei dilectionẽ opatur? An tandẽ duplicẽ habeamus fidẽ, alteram quę charitatẽ orãdo impetrat, alterã uero q̃ p charitatẽ obtentã opatur? quasi prior fides dicat fides orans & impetrãs, posterior uiua & opans dicenda sit. Præterea fieri p̃t, ut qs p fidẽ & dilectionẽ uirtuose opatus, incidat iã in pc̃m̃ mortale, q tm̃ charitate amissa, nõ amittit fidẽ. Sic em̃ fides adhęret indelebili baptismo, ut ullo pacto, nisi p solã hæresim pdi non possit, qd profectò magnæ gratiæ indiciũ est, ut charitate pdita, adhuc maneat fides in homine. Quare fidẽ retinet peccator, q̃ docet (ut ipse recte dixisti) hominẽ in sola Chri satisfactione oportere cõfidere, peccatoreq́; sperare in misc̃dia dñi, qd nimirũ esse nõ p̃t sine fide. Dicamus ergo eandẽ in substãtia esse fidẽ docentẽ, orantẽ, & impetrantẽ, & cõsequenter uiuentẽ, id ẽ opa bona opantẽ, eandeq́; fidẽ, hoie p pc̃m̃ à charitate excidente, fieri mortuã, & iteꝝ gratia dei affulgente eandẽ fieri docentẽ, orantẽ, & impetrantẽ & tunc demũ fieri uiuã & operantẽ. Cõcludimus q̃q; fidẽ rectã & syncerã posse sine bonis operibus esse in peccatore.

¶ Aduersarij obiectio.

¶ At forte tu recalcitrãdo dices, an eadem fides aliquando sit uiua aliquãdo mortua nihil ad nos quia loquimur de fide nedum uiua, sed ut uiua est.

¶ Theologus.

¶ Si sic euadere cupias, facile rñdeo. Q꞉ nec mea refert, quõ tu de fide loquaris? Sin aũt uis ut tibi loquenti de fide, qs fidẽ habeat, oportet te de fide loqui nõ aliter q̃ Paulus aplus, fidẽ ad charitatẽ bifarie cõparãs, locutus est. Audi ergo nũc Paulũ cõparantẽ fidẽ ad charitatẽ. Si habuero (inqt) omnẽ fidẽm charitatẽ aũt nõ habeã, nihil sum. Hoc loco cõspicis qm̃ nõ se Paulus astringit, ad solã fidẽ uiuã, Nõ em̃ fides uiua est, nisi p charitatẽ, id est, dei dilectionẽ q̃ sanè esse nõ p̃t sine bonis operibus, nã ut idẽ aplus ait, Plenitudo, id ẽ impletio legis est cha- 1. Cor. 13.

 ritas

ritas. Hoc ergo iacto fundamēto sic argumentor. Si aplus in scriptura mō cōmemorata, sese solū astringeret ad fidē uiuā, tūc in priore pte includeret charitatē cū dicit. Si habuero omnē fidē, & in posteriore pte excluderet charitatē, cū dicit, charitatē aūt nō habeā, qđ absurdissimū eē patet. Fieret ei sermo eius nō tm̄ inutilis, sed & ridiculus, significās hoīem simul & aliqd eē cū inqt. si habuero oēm fidē et simul nihil eē, cū addit Charitatē aūt nō habeā, nihil sum. Rursum, scđm talē interptationē, Apls æquo fere colore, dicere potuisset. Si habuero oēm charitatē, fidē aūt (uiuā uidelicet) nō habuero, nihil sum, nēpe q fidē uiuā nō habet apud aplm, utiqꝫ nihil est, qa charitate uacuus est. Hoc aūt illatū cōsequēs falsum esse & cōtra mentē apli hinc patet. Nā aplus ibidē uult charitatē ꝑferre fidei, semp de fide loquens absolute. Loquutus aūt capite prio-
I.Cor.12 ri & concludens inquit. Aemulamini charismata meliora et
I.Cor.13 adhuc excellētiorē uiā uobis demōstro, intellige charitatis. Et deinde capite sequenti scripsit. Si habuero omnem fidē, ita ut mōtes transferā, charitatē aūt nō habuero, nihil sum. Et cōcludēs istud capitulū, sic ait. Nūc aūt manēt fides, spes, charitas, tria hæc, maior aūt hoꝝ charitas. Iā manifestū est fidē uiuam duo includere, scilicet fidē & charitatē. Deinde cōstat charitatē solam, nō esse aliqd melius q̄ fidem cum charitate, Non ergo aplus prædictā suam fidei ad charitatem cōparationem astrinxit ad fidem uiuā, id est, charitate formatam.

¶ Iā & aliā aplicā cōparationē fidei ad charitatē, opæpciū est ptractare, ubi eñ prius dixerat. Si habuero oēm fidē &c. charitatē aūt nō habuero, nihil sum. Postea ad Galat. 5. sic habet. Nos eñ spū, ex fide spem iustitiæ expectam⁹, Nā in Chro Iesu necꝫ circūcisio aliqd ualet necꝫ ꝑputiū, sed fides q̄ p charitatē operat. Hęc certe differēs apls, eādē fidē uniformiter & citra fidei equocationē sumptā. charitati hinc & ide cōfert, sub nota cōtradictiōis, primo qdē illā inualidā & inefficacē ad æternā uitā merēdā absente charitate asserēs. q̄ ꝑsente iā eē ualidā, ad æternā salutē scđo loco significās. Queadmodū si qs dicat. Oīs hō elinguis & sciētiæ expers ad docēdū inutilis est, homo aūt disertus & doctus ad docēdum apprime est aptus.

Patet

Patet hic aliū & aliū eē hoīem pro q̄ utraq; orō uerificat̄, nulla tñ utrobiq; in noīe hoīs latet equiuocatio. Pari mō nec in uerbis utrinq; ex aplo assumptis, est noīs fidei nullatenus equiuocatio. Quinimō uerū est, & reuera apli mens est, eādē eiusdem hoīs fidē, nihil ualere absente charitate, quę tñ plurimū ualet ea p̄sente. Præterea qñ dixit apls. Si habuero oēm fidē, charitatē aūt nō habuero, nihil sum, certū est illū hoc dixisse de omī fide recta uniuersalr̄ & absolute. Quare oīs fides recta & uera sine charitate eē p̄t. Si ergo qua fides sit, q̄ nō p̄t esse in hoīe sine charitate, male dixit aplus. Si habuero oēm fidē, charitatē aūt nō habeā. At qa nō dubitamus id recte p̄nūciasse aplm profecto sequit̄ posse oēm fidē rectā esse sine charitate. Ex q̄ deinceps cōsequit̄ infallibili apud te argumēto fidē posse sine bonis eē opibus. Et iste est uerus ac germanus sensus aplici textus. Cū ergo dicit aduersarius nr̄, Fides uiua nō p̄t eē sine bonis opibus, si aliqd ueritatis habeat sermo ille, hoc nō est rōne fidei, quā extollere cupit ille sup opa, sed rōne charitatis q̄ est plenitudo seu impletio legis scd̄m aplm, unde potius dicēdū est, charitas nō p̄t eē sine opibus q̄ astruēdū sit, fides nō p̄t esse sine opibus, Nā ut deduximus ex uerbis epli, oīs fides recta p̄t in hoīe eē, sine charitate & bonis opibus. Et quo clarius p̄fidorū Lutheranorū q huic forsitan aliqñ à cōsilijs fuere, obtūdamus argutias, accipiat q̄so cōsyderetq; aplm argumētantem. Oīa subiecisti sub pedibus eius, in eo aūt q oīa subiecit sub pedibus eius, nihil dimisit nō subiectū ei. Hæc ille. Ita cōformiter ex aplo sic argumētor. Inquit aplus. Si habuero oēm fidē, ita ut mōtes transferā, charitatē aūt nō habeā, nihil sum. In eo qđ dicit. Oēm fidē, nullā fidē excipit, nullā fidē excludit, Quā em̄ fidē in hac cōparatione exciperet, qñ nō eā fidē excipit, q̄ montes transferre ualet. Cōsequens ergo est, oēm fidē syncerā atq; rectā, posse stare in hoīe peccatore uacuo charitate.

¶ Aduersarius.

¶ Sed hic inuenient Sophistæ Lutherani aduersarij ueritatis, tergiuersandi locū dicentes, Primo, Si illa esset mens apostoli dabilis esset homo, habens omnē fidem, qui tamen non haberet fidem formatā, quam ipsi nominant fidem uiuam.

¶Theologus.

¶Dicimus hoc nullũ esse incõueniens, immò donamus illam obiectionẽ, utpote uerissimã & aplicæ doctrinæ fundamẽtũ pcipuũ, alioquin aplus frustra & ridicule loqueret. Sed dicẽt hoc inuoluere cõtradictionẽ, qa si qs hoĩm habeat omnẽ fidẽ etiã fidẽ uiuã habeat necesse est, quũ fides uiua sit utiq; fides, unde uident mutuo pugnare, quẽpiã habere oẽm fidẽ rectam & tamen nõ habere fidẽ uiuã siue formatã. Præterea secũdo. Oĩs fides recta pt eẽ sine charitate, & sine bonis opibus. Quũ itaq; fides uiua siue formata, sit recta fides, ipsa pt esse sine charitate & bonis opibus. Cõsequens est falsum. Repugnat em̃ fidẽ esse uiuã, & nõ habere opa, quũ fidẽ esse uiuã nihil aliud sit, q̃ eã operari opa uitæ æternæ. Ad has sophisticas redargutiones facilis est rñsio. Nã prior ratiocinandi forma peccat implicite penes fallaciã figuræ dictiõis sub qd subsumẽdo quale ul adaliqd. Posterior ṽo discursus pa℞ discrepat à priori & peccat scdm fallaciã cõpõnis & accidẽtis. Prior quidẽ solutio patula fiet, si de eo, q ex statu gr̃æ in pctm̃ mortale iã lapsus ẽ, sic argumẽtamur, Oẽm fidẽ quã habuisti, adhuc habes, sed fidẽ uiuã habuisti, igit fidem uiuã adhuc habes. Silis nanq; hæc forma est illi, qua sophistæ argumentari solẽt, Omnem carnẽ quã emisti comedis,, carnẽ aũt crudã emisti, ergo crudam comedis. Vtrinq; em̃ ,ppõ maior pteritũ tẽpus iplicat & psens, loquit q̃q; de sola substãtia. Minor uero propõ utrobiq; q̃litatẽ subsumit, subæ aduẽticiã, de qua nihil dicebat in maiore, & tñ scdm eã q̃litatẽ ex pterito in pñs facta ẽ uariatio, & ex hoc nimi℞ sequit deceptiõ, Vnde si maior nõ iplicaret, duplũ tẽp⁹ neq; minor subsumeret q̃litatẽ in qua facta est uariatio, nulla ex pmissis ueris, sequit falsa illatio, ut patet intuẽti. Rursũ posterior discursus qñ hãc cõclõnẽ infert tanq̃ falsam, fides uiua pt eẽ sine charitate, accipit eã in sensu cõposito, in q̃ sane falsa est, ut ipsa probatio illic adiũcta satis cõuincit, uerũtamẽ eadẽ ipsa cõclo, uera est in sensu diuiso, sicut & ista uera est, carnes crudæ possunt esse coctæ, falsa tamen est ipsa in sensu composito. Proinde posterior discursus apud dialecticos peritos peccat penes fallaciam compositionis.

SECVNDA DISPVTATIO

Capitulum primum.

¶ Aduersarius

SI nos per propriũ opus meremur cœlũ, deberet tũc nobis deus cœlũ, & mors Christi nõ fuisset necessaria & frustra deus homo factus esset.

¶ Theologus.

¶ Pro quodã nõ modico, sed execrabili habes incõuenienti qñ dicimus fideles suis proprijs opibus uitã mereri æternã, ut igit tuũ errorẽ pspicias clarius, nostrã uero, immo ueri⁹ catholicã ueritatẽ, totus cõspiciat mundus citabimus scripturas p nostra ueritate cõtra tuã sententiã sub noie meriti loquentes. Ait em̃ aplus. Beneuolentiæ & hospitalitatis nolite obliuisci talibus em̃ hostijs promeret deus, In idẽ uergit qd saluator nomine mercedis significat. Voca(inqt)operarios, & da eis mercedẽ. Et ite, Qui dederit potũ calicẽ aquæ frigidæ, nõ pdet mercedẽ. Et ite, Qui recipit prophetã in noie meo, mercedẽ prophetæ recipiet. Rursus de his qui orant uel eleemosynam faciunt propter humanã laudẽ inquit saluator, qm̃ apud deũ nõ accipiunt mercedẽ, sed deus his reddit eã, qui in abscondito hæc faciunt. Itẽ aplus. Si cuius opus manserit mercedẽ accipiet. Si uolens hoc facio mercedẽ accipio. Bonũ aũt facientes nõ deficiamus, tẽpore em̃ suo metemus. Et Iohan. 5. Qui metit, mercedẽ accipit. Et alias. Videte ne q̃ operati estis perdatis, sed mercedẽ plenã recipiatis. Et Prouerb. xi. Seminãti iustitiã, merces fidelis. Rursus ne cauillando qs dicat. Opera ex fide & charitate profecta nõ esse nostra opa sicut aduersarij Lutherani cõtendunt. Audiamus aplm dicentẽ, Vnusquisq; propriã mercedẽ accipiet secundũ laborẽ suũ, dei em̃ adiutores sumus. Profecto cõsyderare debent, qa in ope bono, nõ deus, sed homo ipse laborat. In eandẽ sententiã uergit qd apls alio loco habet. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonũ siue malũ, unde uana est iã inducta aduersariorũ cauillatio. Preterea institutũ nostrũ, ex alijs scripturis, sub alijs nominib⁹ ostendamus, inquit em̃ aplus. Ex animo opamini,

Hebræ. 13. Matth. 20. Marci. 9. Matth. 10. Marci. 6. I. Corin. 2. I. Corin. 21 I. Corin. 3. 2. Corin. 5 Ad Colo. 3

Colos.3 scientes, q̄ à dño recipietis retributionē hæreditatis. Et iterū.
Heb.10 Volūtatē dei faciētes, reportetis repromissionem. Et saluator
nr̄, q facit (inqt) uolūtatē patris, intrabit in regnū. Et iterū. qui
2.Pet.1. facit uolūtatē dei, manet in æternū. Et Petrus apl̄us. Satagite
ut p bona opa certā uestrā uocationē faciatis, hæc eñ facien-
tes nō peccabitis aliqñ, sic eñ abundāter mōstrabit introitus
2.Cor.4. uobis in regnū cœlorū. Et iterū saluator. Esuriui & dedisti mi-
hi mãducare &c. & ibūt ij in regnū cœlorū. Qui fecerit & do-
cuerit, hic magn⁹ uocabit in regno cœlorū. Et apl̄s Pau. Sciē-
tes q̄ unusq̄sq; qd̄ facit bonū hoc recipiet. Et iterū qd̄ in p̄sēti
ē momētaneū tribulatōis nr̄ę, sup modū in subilmitate ęternę
gl̄iæ, pōdus in nobis opat. Itē, Opus iusti ad uitā æternā. Idē q̄
q; sub noïbus iustitiæ, iniustitię & coronę iā oñdamus. Salua-
Matth.20. tor inqt ad oparios, ite & uos in uineā meā, & qd̄ iustū fuerit
2.Timo.4 dabo uobis. Et apl̄s in eādē sñiam scribit. Bonū certamē certa-
1.Cor.9 ui &c. & cōcludēdo inqt reposita ē mihi corona. i. p̄miū iusti-
2.Timo.2. tiæ. Et alio loco. Oēs qdē currūt, sed unus accipit brauiū. Sic
currite ut cōprehēdatis. Et illi qdē ut corruptibilē coronā ac-
cipiant, nos aūt incorruptā. Itē, Nō coronabit nisi q̄ legitime
certauerit. Huc spectat qd̄ ad Hebr.6. ait. Nō est iniust⁹ de⁹,
ut obliuiscat opis uestri & dilectiōis, ac si diceret, Iniustus eēt
deus, si cōtra sua promissa faceret. Et iterū, Scio cui credidi &
2.Timo.1. certus sum qa potēs est depositū meū seruare in illū diē. Quid
uero plus ad iustitiā ptinere p̄t, q̄ fidel̄r reddere depositū, suæ
fidei & custodiæ cōmissum. Ecce q̄tā syluā autoritatū testiū-
q; ex scripturis habem⁹, ubi tu ad tuēdū tā insignem errorē, ne
unā qdē scripturā citaueris, Ex his ergo oïbus epilogātes eius-
cemodi collegim⁹ ratiocinationē, Illud merent hoïes, qd̄ opi
bus bonis, tā à Chr̄o q̄ ab apl̄is eius, pro mercede promittit, &
deniq; p p̄mio ipsis retribuit. At cœlestis gl̄ia (ut ex scripturis
ostēdimus) in remunerationē dat bñ opantibus, Merent ergo
hoïes p bona opa uitā æternā, Quid nūc tibi uidet? Nūqd er-
go hæc docētes, tot inixi scripturis, dicēdi sumus ifalsi pph e-
tæ? Nūc uero pquiramus qd aduersarius nr̄æ sñiæ obiecerit.

¶Aduersarius,

Disputa- ¶Si nos p ppriū opus mereremur cœlū, tūc deus nobis cœlū
tio.III deberet, ¶Theologus,

¶Omnis ferme difficultas & ambiguitas tua, ex hac tibi ꝓue nit radice, Si nr̄is opibus bonis mereremur regnū cœloꝝ, apd deū, necesse eēt meritis nr̄is apud deū rn̄dere coronā cœlestis glię nobis ex debito reddēdam, q̄ admisso, seq mox arbitraris deū eē nob cœlestis patriæ debitorē, Qd̄ sane cōsequēs, ut ab surdissimū uehemēter abhorres Quare nob incūbit mľtis oñ dere scripturis, regnū cœleste debitū eē filijs dei sācte opātib' Ad qd̄ sane demōstrādū, rōnē iustitię, rōnē debiti, rōnē iura mēti, ꝓmissiōis pignoris, & depositi q̄ uehementer clarissime ad rē ptinēt, ꝑ medijs nr̄æ ꝓbatiōis, ex scripturis afferem', In deo nāq3 ē iustitia, h' āt ē unicuiq3 qd̄ suū ē reddere, ut ipa iusti tię definitio sonat, Porrò unicuiq3 debitū ē qd̄ suū ē, sicut igit iustitia, ita & rō debiti ē apd̄ deū, Qd̄ ut āpli' oñdam', aplm in ducam', q ait, Reliqæ scd̄m electionē gr̄ę saluę factę sūt, Si se cūdū grām, iā nō ex opib'(suppleat saluę factę sūt) alioqn gr̄a nō eēt gr̄a, q̄si dicat, repugnat saluū fieri hoīem siľ ex opib' & ex gr̄a, Qūo āt istd̄ accipiēdū sit, Idē apľs alio loco q̄si seip3 ex ponēs, sic scribit, Ei q opat, debet merces scd̄m debitū, nō scd3 grām, Demōstratū āt iā ē pri', mľtis rōib' & scripturis, opib' bonis, ꝓmissā eē mercedē ęternā, Cōseqns ergo erit, opib' bo nis rn̄dere mercedē ęternā, scd̄m ꝓmissiōis debitū, In cōfesso ē em̄, queuis ꝓmissorē sua ipi' ꝓmissiōe, sese debitorē facere suę ꝓmissiōis adiplēdę, Vñ diu' Aug. de ꝟbis apľi, ser. 16, Illo ergo mōi nqt possum' exigere dn̄m deū nr̄m, ut dicam', redde qd̄ ꝓmisisti, qa fecim' qd̄ iussisti, Et hoc tu fecisti, q laborātes adiuuisti, Istd̄ ē, qd̄ i qbusdā decātat ecclijs, si corde roga' mū do, certe debes ex ꝓmisso. At deo nō satis fuit sese ꝓmisisse su is filijs bn̄ opātib' uitā ęternā, nisi & illā ꝓmissionē iureiurādo firmaret, Vñ apľs ad Heb. 6, Hoīes iqt p maiorē suū iurāt, & oīs cōtrouersię eoꝝ finis, ē iuramētū, i q̄ abūdāti' uolēs de' oñ dere hęredib' pollicitatōis imobilitatē cōsilij sui, iterposuit ius iurādū, ut p duas res imobiles. i. deū & iuramē ei', qb' ipossibi le ē mētiri deū, fortissimū solatiū habea', Promissio āt ętnę hę reditatis maxīe iuramēto firmata (qd̄ nēo negat) rōnē q̄ndā de biti ętnę hęred. iducit, Ampli' iqt apľs, dedit pign' spūs, & a libi, De' ē q dedit nob pign' si q̄ris ad qd̄ dederit pign', rn̄det ipse apľs, Signati estis spū promissiōis sancto, q est pignus hæ reditatis nostræ, in redēptionē acqsitionis, in laudē gl'iæ ipsius

124

Iustitia.

Roma. ij.

Debitum.
Roma. 4.

Augustin'

Iuramētū.

2. Cor. j.
Pignus.
2. Cor. 5.
Ephe. j.

Cernis hic spm̃ sanctũ simul esse & promissorẽ, & pignus æternæ hæreditatis. Quis aũt inficiabit promissionẽ inducere debitũ promissi reddendi, & pignus dari loco rei bebitæ, cui⁹ nihilominus solutio adhuc expectat. Deniq; aplus ait. Scio

2.Thim.1. Depositũ. cui credidi, & certus sum qm potens est depositũ meũ seruare usq; in illũ diẽ, per depositũ intelligens mercedẽ uitæ æternæ. At nemo dubitabit opinor, depositori seu creditori debitũ eẽ ut aliquando id qd deposuerit, sibi à depositario restituatur

Capitulum secundum.

¶ Multis iã uijs & rõnibus ex sacra scriptura collectis mõstrauimus inter deũ & hominẽ ex parte dei æternæ uitæ interuenire debiti rationẽ, sed unde proficiscat istud debitũ, superest ut studiosius inquiramus. Id quo facilius fiat, quædã p̃mittemus, ante oĩa supponẽtes, creatori nostro primũ quidẽ, & generale debitũ esse, ut in toto uniuerso, & singulis partib⁹ eius, adimpleat sanctissime atq; sapientissime suæ bonitatis ordinatio atq; uolũtas. Ex quo nimirũ generali debito, aliud cõsurgit debitũ, paulo cõtractius, qd creaturæ debetur, nẽpe ut id cuiq; sit debitũ, qd à diuina sapiẽtia, ad ip̃m est ordinatũ. Quo fit ut manus, pedes & alia id genus instrumenta corporea, debeantur, & ut semel dicã, pari mõ in cæteris rebus naturalib⁹, id debitũ dicatur alicui, qd in mente summi artificis, ad ip̃m est ordinatũ. Spiritualẽ ergo illũ ordinẽ cõtemplemur oportet, secundũ quẽ rationalis creatura, ad æternã fœlicitatẽ est deputata. Exprimit profecto huius ordinis originẽ aplus, dũ inqt.

Roma.8. Scimus qm̃ diligentibus deũ, oĩa cooperãtur in bonũ his q secundũ propositũ uocati sunt sancti, &c̃. Nã quos p̃sciuit & p̃destinauit cõformes fieri imagini filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos aũt p̃destinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos aũt iustificauit, hos & magnificauit. Quid dicemus ad hæc, si deus pro nobis, qs cõtra nos, qui etiã proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnib⁹ tradidit illũ quõ etiã cũ illo nõ oĩa etiã nobis donauit.

Capitulum tertium.

¶ Sed queret prosequendo institutũ nostrũ, diligens lector, q̃ nã p̃ter hæc p̃missa dona, deus suis exhibuit electis, Responde mus:

demus, Nõ solũ filiũ suũ pro nobis tradidit deus, sed etiã dedit nobis spm̃ sanctũ in pignus hæreditatis testante aplo. Signati estis spũ promissiõis sancto, q est pignus hæreditatis nostræ. At spũs sanctus iuxta scripturã mentẽ inhabitat p grãm & charitatẽ. Porrò de his donis meminit B. Petr⁹. Maxima inquiens & p̃ciosa nobis ꝓmissa donauit, ut p hec efficiamini diuinæ cõsortes naturæ, gratia quippe in dignificationẽ psonæ data est, qua cõsortes diuinæ naturæ facti, adoptamur in filios dei, quib⁹ ipso adoptionis iure debetur hereditas æterna iuxta illud apostoli. Si filij & hæredes. Et alibi. Q; si filius & hæres. ¶ Inhabitat aũt spũs sanct⁹ mentẽ nostrã p̃cipue p charitatẽ, p quã deũ super omnia amamus, talis uero amor ociosus esse nõ potest. Proinde spũs sanctus pinde mentes humanas, per charitatẽ inhabitat atq; motor quidã, quo agente excitatur, mouetur q; anima in deũ. Porrò motus animæ sic excitatæ fructũ, ualorẽ, atq; uim suã accipit, secundũ uirtutẽ spũs sancti mouentis nos in uitã æternã, iuxta illud Iohan. 4. Flumina de uentre eius fluuent aquæ uiuæ, Hoc aũt dixit de spũ quẽ accepturi erant credentes in eũ, quẽadmodũ & illud, fiet in eo fons aquæ sailẽtis in uitã æternã. Hæc igitur sunt principia illa nobilissima atq; dignissima q̃ operãt in filijs dei merita bona. Voluit aũt diuina dignatio ut opa ab his nobilissimis principijs prouenientia, mercedis p̃mijq; loco, æternã recipiant beatitudinẽ. Habem⁹ iam, qũo bene opantibus, ex ipsa diuina motione uita æterna in premiũ deputatur, immo & hanc ipsam ordinationẽ iuramento à deo esse firmatã. An nõ credis id dignũ, iustũ, & debitũ deo esse, ut in creatura sua id adimpleatur, q̃d ex sapientissima sua prodijt uolũtate, quodq; in primis suam manifestat bonitatem. Postremo fatemur ingenue, nos apud deũ non mereri uitã æternã, nisi ex p̃suppõne & p̃destinatiõe diuinæ ordinatiõis. ¶ Habemus ergo nõ mõ meritũ, sed etiã debitũ regni cœlestis apud deũ, & id quidẽ nõ aliunde q̃ ex diuina ordinatiõe. Cũ igitur id solũ unicuiq; debeť q̃d iuste est ordinatũ ad ipsum, ideo nihil mirũ, si opus nostrũ nõ habeat rationẽ meriti apud deũ, nisi ex præsuppositiõe diuinæ ordinationis.

Ephe. j.
2. Petri. j.
Galat. 4

¶ Restat nūc ut enodemus, qs hui⁹ ordinatiōis debitor sit, ut ipleat, hoc ē, qs faciat ut, p bonis opib⁹ nřis, cœlestis patrię ciuibus adiūgamur, Quāuis etem̄ simus nosipsi debitores, ut patiamur in nobis oēm dei ordinationē adipleri, nō tñ sic sum⁹ debitores, ut propositā ordinationē, p nosipsos efficiēter ipleamus, alioq debitores essem⁹, ut nosipsos btōs facerem⁹, qđ ridiculū ē uel excogitare Vt ei scriptura testat, grā3 & glia dabit dn̄s. Pertinebit itaq3 eiuscemōi ordinatiōis iplēdæ negociū ad suū autorē, tāq̄ ad debitorē (nec ē ē) hic aūt sol⁹ de⁹ ē. ¶ Vt āt facili⁹ capiatur qđ itēdim⁹, nō oscitanter, sed uigilanter cōsyderādū ē, qđ nob diu⁹ p̄scribit Aug. Aliter inqt dici⁹ hoi, debes mihi q̄ dedi tibi, & alr dicim⁹, debes mihi qa pmisisti mihi Qñ dicis, debes mihi qa dedi tibi, à te processit bñficiū. Sed mutuatū, nō donatū, Qñ āt dicis, debes mihi, qa pmisisti, tu nihil dedisti & tñ exigis. Bonitas em̄ ei⁹, q promisit, dabit, ne i malitiā fides cōuertat, q ei fallit mal⁹ ē. ¶ Et si ergo iuxta p̄missa, p opa bona, habea⁹ meritū, cui rñdeat debitū regni cęlestis uerū tñ nō absolute cōcedēdū est, deū cœlestis regni nob eē cōmodo debitorē, q̄ rō iustitiæ, debitiq3, inter hoies plerūq3 usurpat, ubi debitor ob debitū ordinat ad alter, nēpe creditorē cui ille obligat, Vbi deniq3 debitoris cōditio, creditoris cōditione ē iferior, Atq de⁹ dūtaxat debitor ē sibīpsi, proprie suę ordinatōis adiplēdæ, ita ut ipse qdāmō sit, & creditor & debitor seu promissor sibīpsi, Proide licet de⁹ p suā iustitiā (cui⁹ utiq3 ē reddere debitū) det hoī man⁹ & pedes, æternā q̄q3 felicitatē p meritis suis, nō tñ nob istar rer eo mō cōstituit debitor, sicut hō hoi fit debitor, qa hō p debitū suū, ad aliud ordinat, nō aūt de⁹, Qñqdē cūcta ad ipm ordinant, uniuersa ei pter semetipm opat⁹ ē dn̄s. Quāobrē nō mediocriter sed uehemēter falleris de merito, de debitore, nō alr loqueris, q̄ de eis in reb⁹ ac negotijs hoim loq solem⁹, in qb⁹ sane iustitia nō ē hois ad seipsū sicut nec æq̄litas, sed ad aliū ubi aliter ē debitor seu pmissor aliter vo ipsi⁹ debiti creditor seu astipulator. Et ut scl' dicā, vbi pximū suū hō bñficio aliq̄ sibi deuincit, obnoxiūq3 facit, ut sibi ex hac rōe qppiā reddat qa cōtulit qppiā mūeris seu bñficij in pximū, qđ sane bñficiū nec ab illo accepit, neq3 etiā idipm, p qđ opat, ab illo h3, sed ex æq̄ & debitor & creditor i hac pte

se hñt, Qua ĩ re cõsistit nimirũ illa æqlitas, in q̃ ipsa iustitia ꝓprie dicta locũ hꝫ, Hæc oĩa lõge differẽti⁹ sũt in meritis & debitis regni cœlestis apud deũ, Nõ eĩ solũ oĩa bona opa, sꝫ & uires, & oĩa illa qbus opa bona ꝓducim⁹, nob̃ à deo sũt, Nihil eĩ boni in nobis ẽ, qđ à deo donãte nõ accepim⁹, V ñ recte dixit Aug⁹, 16. ser. de ꝟbis apl̃i. Deo aũt nũqd dicim⁹, redde mihi, qa dedi tibi, Qđ dedim⁹ deo, qñ totũ qđ sum⁹, & qđ habe⁹ boni, ab illo habe⁹. Nihil ergo ei dedim⁹, Nõ ẽ queãdmodũ uoce ista exigim⁹ debitorẽ deũ, maxĩe dicẽte nob̃ apl̃o. Quis prior dedit illi, & retribuet ei. Proinde & de gr̃a & li. ar. ca. 7. cõuenĩẽtissime idẽ inqt Augu. Si ergo dona dei sũt bona merita tua, nõ de⁹ coronat merita tua tãq̃ merita tua, sꝫ tãq̃ dona sua ꝓut hæc ĩ epitomate nr̃o, ca. x. clare sũt deducta. ¶ Insup iam dictis adiũgẽdũ ẽ, qm̃ in ĩfinitũ de⁹ supeminẽtior ẽ cũctis creaturis. Ex hac igit duplici radice ea iter deũ & hoiem, ꝓcedit inæqlitas, ꝓpter quã ĩpedit rõ iustitiæ ꝓpriẽ dictæ, ꝓpter quã etiã, de⁹ nõ cõstituit nob̃ debitor æternæ mercedis, vñ lꝫ merces ẽterna sit nob̃ debita à deo ul̃ poti⁹ apđ deũ, neq̃q̃ ĩpe stricto cõmertio nob̃ illi⁹ mercedis debitor diceđ⁹ ẽ. ¶ Aduersari⁹ Disputatio. IIII.

Per supradicta ꝟba, uolo ĩjs dicere, q nos, docẽt salutẽ nostrã seu btĩtudinẽ, ĩ nr̃is opib⁹ ponere, ea ĩtẽtiõe, ut digni fiãt cẽlo q tãq̃ blasphematores dei false parcũt ueritati. ¶ Theologus.

Hoc loco plus q̃ satis crudã & nimis ĩdignã in ꝟos theologos cõflas ĩuectiuã, q scđm scripturas nõ dubitãt, sctis opib⁹, hoĩes dignos fieri æterna gl̃ia, neqꝫ aduertis unũquẽq; illo dignũ eẽ, qđ sibi scđm iustitiã debet. Oñdim⁹ ãt ex scripturis, bonis opibus deberi uitã æternã, hæc eĩ scđm scripturas ẽ merces eorũ Bona ergo opa faciũt hoĩeꝫ dignũ uita æterna. Neqꝫ eĩ sine ea ait saluator, Voca oparios & redde eis mercedẽ suã. Dign⁹ est eĩ opari⁹ mercede sua, Venite bñdicti pr̃is mei ꝑcipite regnũ qđ uob̃ patũ ẽ ab origĩe mũdi, Et Pau. apl̃s. q̃s iustificauit hos & magnificabit. Spũs testimoniũ ꝑhibet spũi nr̃o q sum⁹ filĩj dei, cohæredes ãt Chr̃i. Nũqd fili⁹ faciẽs uolũtatẽ pr̃is sui, ab hereditate paterna pelli pt̃? An nõ dignus est, q substantiã patris possideat? Nũc autẽ sumus filĩj dei, ut filĩj dei nominemur & sumus. Nõne etiã amic⁹ spõsi dignus ẽ iteresse nuptĩjs spõsi? Et miles q legitime certauerit, nõne dignus est ut coronetur, quando coronã iustitiæ (ut apl̃s ait) reddẽt ei iustus iudex?

Lucæ. 10.

Romo. 8.

I. Iohan. 3

Rursus ut arctius te stringam⁹, audiamus quid Colossensibus primo cap. scribit apl'us. Fecit (inquit) nos dignos in parte sortis sanctorum in lumine. Itẽ. 2. Thess. I. Oramus pro uobis semp ut digneẽ uos, id ẽ dignos faciat uocatiõe sua deus. Et item eo
Colos. j. dẽ cap. Ita ut & nos ipsi in uobis, gloriemur in ecclesiis dei, p patientia uestra & fide, in omnib⁹ psecutionibus uestris, quas
1. Thes. 2. sustinetis in exẽplũ iusti iudicij ut digni habeamini ĩ regno dei pro quo & patimini. Et alio loco, Vt ambuletis digne deo p omnia placentes in omni ope bono fructificantes. Itẽ ut ambuletis digne deo, q uos uocauit in suũ regnũ & gloriã. Ecce qũo tota scriptura nostræ sententiæ astipulatur.

Capitulum secundum.

Roma. 8. ¶ Verũ aduersarij ueritatis insulsissimi Lutherani, p apl'm cõtra nos uero simile est triũphare conabunt, dicentẽ. Non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã q̃ reuelabi
2. Cor. 4. tur in nobis. Ne aũt glorientur accincti ut discincti obijcim⁹ eis, illud eiusdẽ apostoli dicentis, qd in psenti est momentaneum, tribulationis nostræ supra modũ in sublimitate æternæ gloriæ pondus in nobis opatur. Ecce q̃ nõ sunt ita indignæ passiões nostræ, ad futurã gloriã, qn & si momẽtanea sit tribulatio nostra in psenti, ipsa tamen supra modũ magnũ pondus gloriæ operat in nobis, in futuro. Vt itaq; scripturæ ab omni parte robur teneant & cõcordiã, ante oĩa breuissime declarandũ est, unde humana merita ex cõdigno uitã æternã mereant Vt eñ proxima disputatione ostendimus, Passio Christi sup benedicta nobis copulatur atq; applicat gratia dei, fide, & cha
2. Pet. I. ritate, q̃ nimirũ, teste Petro aplo, sunt tanta dei dona ut nos faciant cõsortes diuinæ naturæ & filios dei. Proinde p hæc dona, assumit nos deus ad nouã quandã uitã sup humanã seu spiritualẽ, immo ad quandã spiritualẽ societatẽ, ut idonei efficiamur & potentes, deo cooperari in bonis spiritualibus operationibus, id est, in diuinis adimplendis mandatis, quorũ adimpletioni diuinitus promissa est in premiũ, uita ęterna. Verum pter hæc dona, pdicta & similia, necesse est, ut deus pueniendo, hominẽ excitet ad operandũ opera sancta, ut testat diuus Augustinus libro de duabus animabus, ubi sic ait, Restat ut

totũm

totũ deo detur q bonã hominis uoluntatẽ p̃uenit,& p̃parat ad iuuandã,& adiuuat p̃paratã. Nolentẽ p̃uenit ut uelit, uolentẽ sequitur ne frustra uelit.i.ut opus bonũ p̃ficiat finẽq; assequat. ¶ Hic est scopus quẽ principaliter intẽdimus hic port⁹ ẽ quẽ lõge lateq; q̃siuim⁹,nẽpe diuina nos motiõe excitatos,atq; adiutos effici dei coopatores in opib⁹ sc̃tis,ac uitæ æternæ meritorijs,q̃ eis tã multipliciter promissa est,In his sane opibus ingenue fatemur,deũ ita multipliciter necnõ efficaciter operari,ut potius sua dona dici mereantur,q̃ nostra merita.Qđ uerũ esse testis est Aug.15.de trini.cap.x.ubi scribit in hunc modũ Ea q̃ dicuntur merita nostra,dona sunt eius,ut eñ fides p dilectionẽ operetur,charitas dei diffusa est in cordibus nostris, p spm̃ sanctũ,q datus est nobis. Tunc est aũt datus, quando est Iesus resurrectiõe glorificatus. Tunc eñ eũ se missurũ esse promisit & misit,qa tunc sicut de illo scriptũ est & p̃dictũ, ascẽdit in altũ captiuã duxit captiuitatẽ,dedit dona hoibus. Hæc dona sunt merita nr̃a quibus ad summũ bonũ imortalitatis & beatitudinis p̃uenimus. Hactenus ille. Hac ratiõe inqt apl̃s.Nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis,ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Verũtamen quantũuis parũ sit opis,qđ in opere meritorio ultra diuinã actionẽ homo addit suis uiribus nihil q̃q; ibi sit actiuitatis ex parte liberi arb.qđ nõ sit à deo,nihilominus tñ,homo diuino adiutorio(ut diximus) adiutus uere cooperaẽ creatori suo in actione meritoria.¶ Porrò teste diuo Dionysio Cap.3. de diuinis noĩbus,Præstantius oĩbus & diuinius est(ut sacra testanẽ eloquia)deo cooperatorem fieri. Quare licet nostrũ cooperari,ad diuinã actionẽ collatũ,nulli⁹ pene momenti sit,præstãtius tñ est omni eo qđ homo possit et ualeat facere,in quouis opere naturali uel artificiali.¶ Rursus queãmodũ Aristo. lib.1.de partibus animaliũ. Amabile est magis paruũ aliquid cognoscere,de rebus nobiliorib⁹, q̃ multa cognoscere de rebus ignobilioribus.Ita sane illud modicũ qđ in actione nostra,de nostro diuinitus adiuti apponim⁹,merebitur coronari uita æterna,q̃ ei pro premio promissa ẽ.Qui hæc admirantur,diuinã ordinationẽ,promissionẽq; admirenẽ dicãtq; nõ licet dño dicere, Sic honorificabiẽ quẽ rex uoluerit

 honorari

honorari, Neq; licebit deo ostendere in homine, quod opera tus est in angelis, quos propter unũ actũ meritoriũ ad gaudia
Cap. III. perpetua recepit in cœlum. ¶Sed instabit aliquis p uerbum Augũst. ex lib. de duabus animab⁹, mõ citatũ, ubi ille uidetur cõcludere totũ deo esse tribuendũ, quicqd est in bono opere. Ad hanc obiectionẽ pleue fuerit respondere, Nemo eñ catholicus ignorat, qn cõbustio qua nou⁹ generat ignis, fit à deo ut agẽte primo, Nec tñ propterea minus dicit eẽ ab igne comburẽte. Quare? In prõptu causa est: Distinctũ eñ id nõ ẽ qd' est à cã secunda & qd ex causa prima nascit. Siquidẽ suos effectus diuina prouidentia producit per operationes causarum secundarum, Ita pari mõ, distinctũ non est ex libero arb. quod est causa secunda, ab eo qd est ex diuina prouidentia, quæ est causa prima, Hoc tñ interest, q ignis ad psentiã cõbustibilis, necessitate naturæ, cõtra quã agere nõ pt, debeat deo cooperari, uolũtas aũt libere deo coõperat. Et inde tribuit ei meritũ uel demeritũ, laus uel uituperiũ, Quapropter nihil ẽ in bono ope alienãdũ à deo, sed ut argumẽtũ assũpsit totũ deo tribuẽdũ ẽ, Sed tũc nõ ualet cõsequutio, ergo in ope meritorio nihil habet actionis seu actiuitatis, liberi arb. uolũtas, Idẽ eñ opus est ab utroq;, nã qd procedit à libero arb. etiã procedit à deo, immo deus ipm efficit mediãte hũana uolũtate. Qñ eñ puenien do agit ac pparat deus uolũtatẽ nostrã, nõ agit aut excitat eã ut nihil agat, sed ut agat, Et quidẽ hoc signãter uigilãterq; attẽdendũ est, De his uberius diximus in Epithomate nr̃o ad Episcopum Constãtinensem.

¶Disputatio quinta. Caput primum.

¶Aduersarius.

¶Quia si ipsi recte diceret, sine necessitate Christus sua passione nos à morte æterna liberasset. Hoies ipsi p sua opa facere potuissent, qd tñ nũq fieri pt, Sunt tñ q talia dicũt sine pudore, neq; in hac re ptimescant irã dei, seducũtq; oẽs hoies carentes eis, & faciũt eos ueros idolatras & oparios sanctos. Vterq; ergo .i. magister & discipulus, si in illa opiniõe pseuerauerit pgunt ad diabolũ cũ suis operibus &c. quia credũt in suis & nõ in Christi operibus, p quæ sola solũ redempti sumus.

Teol.

¶Theologus.

¶Hoc loco te putas theologos ualde urgere, & ad grāde qd dā nephas trahere, & qdē id agis argumēto qdā, qd inextricabile inuincibileq; arbitraris, quū tñ theologis illd ridiculo sit, cachinnos q̄q; excitet. Sic eñ uis argumētari, Docēt theologi hoiem gr̄a dei adiutū, elicere aut facere opa digna uita ęterna, Id qd nos cōcedim⁹ & in alia disputatiōe cōmonstrauim⁹ Ex hoc sic colligit, ergo theologi dicūt aut dicere hñt, mortē Chr̄i nō fuisse pro redēptione gñis hūani necessariā. Qd qdē cōsequēs, & rectissime qdē pro nephādissimo habes incōuenienti. At nō te latere debuisset, theologos qb⁹ te molestū eē reris, haud minus q̄ tu illud cōsequēs execrari, docēt eñ theologi & indubitato tenēt & credūt, id qd tu nec intelligere nec cōsiderare potuisti, ꝙ opa bona uirtutē suā capiūt ex passione Chr̄i, ex q̄ hñt & accipiūt, ut sint uitæ æternæ meritoria. Si in hac sn̄ia cōueniunt theologi oēs, q̄ nā ergo fronte dicerēt ipsi, ad nostrā à morte æterna liberationē, nō fuisse Chr̄i passionē necessariā, quū adeo manifeste uno ore pronūcient, uim meritoriā opeꝝ, ex passiōe Chr̄i suā trahere originē, Vides mō, & qd qdē iudicio tuo cōsiderādū relinq̄, qualē theologoꝝ taxatorē te exhibueris: Et id qdē futili ridiculoq; usq; adeo argumēto, ut rn̄sione uix sit dignū. Atq; hoc in loco satis admirari nō possum, Lutheranoꝝ cæcitatē, q tibi nodū hunc tanq̄ nobis indissolubilē instillauerūt, quē ipsi uel inuiti nobiscū cogūtur soluere. Crebro eñ in libello tuo q̄si p̄cipu⁹ qdā scopus iterat atq; repetit, ea demū opa deo placere, q̄ ex fide & dei dilectione procedūt prodeūtq;, quā ob cām necessariū eē hoiem opantē p has uirtutes, deo placere. Ad hoc eñ scripturā & rectissime qdē citasti, respexit dñs prius ad Abel, deide ad munera eius. Quēadmodū ergo ille steriles atq; exiccatissimæ stipulæ cōtra nos iferūt, Si p opa nr̄a ex fide & charitate p̄cedētia, digni efficiamur uita æterna, frustra Chr̄us & citra necessitatē mortuus est, ut ianuā cœli nobis apriret, ita uicissim cōtra eos sic colligim⁹, Si ꝑpter fidē & charitatē (hoc eī i libello tuo asseris) tā homo operans q̄ opera eius placeant deo, profecto homo ijsdem præstantissimis uirtutibus, siue donis præditus

 iam est

iam est deo recõciliatus. Frustra ergo Chrs mortuꝰ est, ut nos deo recõciliaret, qppe qui p fidẽ & charitatẽ recõciliati sumꝰ. Hoc aũt consequens plane est hæreticũ, plurimisq; aduersatur scripturis. Scriptũ est em̃, Nã gloriamur ĩ deo p Iesũ Christũ per quẽ recõciliationẽ accepimus. Et iteꝝ, Cũ inimici essemus recõciliati sumus deo per mortẽ filij eius, Itẽ .2. Corin. 5. Deus erat in Christo mundũ recõcilians. Omnia aũt ex deo q nos sibi reconciliauit per Christũ. Et ad Ephe. 2. Faciẽs pacẽ ut conciliet ambos in uno corpore deo p crucẽ &c̃. Ad idẽ facit qđ scribit aplus ad Coloss. I. Placuit p eũ reconciliari omnia pacificans per sanguinem crucis.

Capitulum secũdum.

¶ Sed forsan Lutherana stramina, stipula fabali rudiora, hęc q̃ diximus nõ capiunt, accipiant ergo in facilioribus magisq; usitatis uocibus intellectũ, per uiã similitudinis Paulus à deo responsum accepit, sufficit tibi gratia mea. Si gratia sufficit ad

2. Cor. 12 salutẽ, quare aut qđ Chrũs mortuus est? Et ecõuerso si passio Chri sufficiens fuit causa salutis, quare sacro baptismatis abluimur lauacro. Supuacaneus em̃ uidet̃ esse baptismus si Chrũs traditus est propter delicta nr̃a abluenda, si resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Aperi q̃so nunc oculos & uide, in q̃ conueniamus & dissentiamus. Telũ quod in nos torsisti non me magis lædet q̃ te, & ubi me iugulatuꝝ te arbitraris, teipm eodẽ gladio primũ enecas. Nã nodus abs te propositus, ut utriq; nostrũ est cõmunis, ita utriq; aduersat̃. Exigit ergo eandẽ dissolutionẽ à me & à te quã paucis nũc afferre decreuimus, Vt em̃ prius diximus, Baptismus reserat nobis omnibꝰ introitum regni cœlestis, hoc aũt aliter nõ fit, nisi uirtute passionis Chri, q̃ per baptismũ applicat̃ nobis, sicut scriptura ait, Quicunq; in Chro baptizati sumus in morte eius baptizati sumus. Et iteꝝ, Quicũq; em̃ in Chro baptizati estis Christũ induistis, Quare nec superfluit baptismus, nec superflue baptizamur, dicente saluatore, Nisi quis renatus fuerit &c̃. ex aqua & spũ sc̃õ, Pari mõ & hoc qđ dicitur, sufficit tibi gratia mea, ueꝝ est, sicut et illud qđ per fidẽ & charitatẽ reconciliamur deo. Quãq̃ ergo baptismus saluet sicut fides, charitas, & gratia nos deo recon-

cilant

ciliant,nõ tamẽ Chrũs frustra mortuus est qa ex morte Christi baptismus suã uim accepit quã ante Chri incarnationẽ non habuit. Ad grãm aũt fidẽ & charitatẽ citra Christi passionẽ peruenire nõ potuissemus. Hæc solutio uera est & tibi & nobis cõmunis,nec aliã poteris dare. Ita etiã eadẽ solutione tibi respondemus,nullius momenti esse cõsequentiã tuã quã contra nos facis dũ ais. Si homines p bona opera digni fiant uita æterna sine necessitate Chrũs nos sua passiõe liberasset à morte, Necessariũ em̃ erat Christũ pati,ut ipse nobis sua morte fidẽ charitatẽq; mereret, qbus mediantibus nos bona opera & meritoria operaremur, q̃ operando uita æterna digni efficeremur. Nõ ergo bona opera uitæ æternæ meritoria excludunt, uerũ Christi passionẽ prorsus includunt.

Capitulum tertium.

¶ Sed queret nimiꝝ hic aliquis, quo nã merito electi ueteris testamenti ad fidẽ Chri & dei charitatẽ puenerũt, q̃n eoꝝ tpe Chrũs nõdũ natus neq; passus fuerit. Salua semp saniori sententia,ad hæc sic respondẽdũ uidetur, Sola diuinitas principalis causa est effectiua influxus iustificationis hũanæ p fidẽ & charitatẽ, Humanitas aũt Christi nõ aliter influit iustificationẽ q̃ ut organũ diuinitatis ei cõiunctũ, Cũ ergo tpe priscorũ patrũ nõdũ erat humanitas dietati cõiuncta,non accurrebat hũanitas ipsa,neq; passio eius tanq̃ organũ ad influendũ eis fidẽ & charitatẽ, Vnde nõ similiter p oĩa Chrũs meruit priscis patribus fidẽ & charitatẽ,sicut electis suã passionẽ sequentibus. Veꝝ aduertere oportet id q̃d sequenti capitulo dicemus q̃m passio Christi sponte ex charitate & paterna obedientia assumpta,tantũ bonũ fuit in natura hũana inuentũ ut propter ipsam placatus fuerit deus sup omni humani generis offensa. Porrò hæc passio etiã tpe prisco miro & ineffabili mõ quodã erat in p̃sentia dei, Nec mirũ, deus em̃ uocat ea q̃ nõ sunt tanq̃ ea quæ sunt, Nã ut Psal. 104. diuus inquit Aug. Apud deum iam factũ est q̃d eius dispositione futuꝝ est, qa de illo alibi d̃r q fecit quæ futura sunt, Et in sermõe. 77, de uerbis apostoli Elegit (inqt) nos ante mũdi cõstitutionẽ, In mundo isto facti sumus, nec mũdus erat q̃n electi sumus, Ineffabilia mirabilia

fratres mei, qs hęc explicare sufficerit, qs aũt qđ explicet cogitare. Eligunt q nõ sunt, nec errat q eligit, nec uane, eligit tñ & habet electos, creat eligendos. Habet aũt apud seipm, non in natura sua, sed in p̃sentia sua. Hactenus ille. Et penes hunc modũ uocat deus ea q̃ nõ sunt tanq̃ ea q̃ sunt scđm Augusti. Tanta igit ab initio tẽpoꝝ deo patri in nõdũ pacta passione filij sui, sed quã deus, q errare nõ p̃t, habuit semp in p̃sentia sua fuit cõplacentia, ut amore eius q̃uis nõ p eã efficienter, uerũtamen propter eã finalr & in aliqualẽ eius remunerationẽ, deus suis electis ab initio sufficientia p̃sidia cõtulerit iustificationis. Proinde scđm hũc modũ oĩa beneficia iustificatiõis humano generi exhibita, si nõ sp p meritũ Chr̃i efficiẽter, saltẽ ob Chr̃i passionẽ, & propter eius meritũ generi humano finaliter exhibita sunt

Capitulum quartum.

¶Porrò dignã & iustã reprehẽsionẽ seuissimæ tuæ in theologos exasperatiõis & cõtumeliæ, missam faciẽtes, qđ hac in re ueritas theologica habeat, deinceps apiamus. Ante oĩa necessariũ est, diuinã impleri ordinationẽ, nisi forte uelim⁹ blasphemijs afficere deũ, ut dicamus eũ, uel minus sapientẽ, uel nõ oĩpotentẽ. At dei ordinatio sic se habebat ut in redẽptione generis hũani iustitia diuina & misc̃dia se mutuo cõplecterẽtur. Qũo aũt se cõplecterent facile fuerit ostẽdere. Satis cõstat uniuersum genus humanũ ex peccatis sauciũ in massam quandã p̃ditionis æternæ fuisse redactũ, ex q̃ sane massa, neminẽ eripi diuina sinebat iustitia, nisi deo qppiã cõpensaret, uel æque uel magis acceptũ, q̃ odiosum ei fuerit totius gñis hũani uniuersum pc̃m. Tale aũt nihil repiebat, deo sic acceptũ, nisi ipsa mors Chr̃i dei & hoĩs. Hæc etenĩ charitate q̃ dilexit nos & patris obedientia sponte & uolũtarie assumpta, tantũ bonũ fuit in natura hũana inuentũ, ut propter ipsam placatus fuerit deus, sup omni humani generis offensa: ecce iustitiã. Hunc aũt redemptorẽ, qui mortẽ suã daret in preciũ nostræ redemptionis dedit nobis deus dr̃: ecce misc̃diam q̃ priorẽ cõplectit iustitiã. Quare si diuina ordinatio frustrari aut falli aut irrita fieri nõ p̃t, qũo Chr̃s sine necessitate mortuus ẽ? Nunquid frustra

mortu

mortuus est, q obedientiā paternā explēdo nomē sibi meruit, qnimo & adeptus ē, qd sup oē nomē est, ut in noīe Iesu flectat̄ oīe genu &c̄. & pter qd nō est datū aliud nomē sub cœlo, in q̄ oporteat nos saluos fieri. ¶ Præterea nec nob Chrs supflue aut frustra mortuus est, uerū apprime necessario qa lāguores nr̄os ipse portauit, & eius liuore sanati sum⁹, uulneratus ē ꝑ pter scelera nr̄a, & dn̄s in eo posuit iniqtates oīm nr̄m, Est ergo passio Chr̄i scdm ꝓpheticā uocē, uelut v̄lis cōtra oīm peccatoꝝ uulnera q̄dā medicina diuinit⁹ ordinata. Porrò queadmodū medicina corpalis, quātūuis efficax sit & ul̄is, nūq̄ curabit male habētē, nisi eidē fuerit adhibita & applicata, ita non sufficit Chr̄m eē mortuū in nostrā salutē aut illū medicinā ꝓ nobis cōfecisse, p quā oīa sanari possint pc̄toꝝ uulnera, nisi & eadē medicina. i. mors Chr̄i nobis fuerit applicata p fidē, Istd nobis expressit saluator Iohā. 3. Sicut Moyses exaltauit serpētē in deserto, ut oēs eū aspicietes sanarent à serpētū morsibus, ita exaltari optet filiū hoīs, ut oīs q credit in eū nō pereat ita ut hic opet fides, qd apud Moysen fecit ocularis aspect⁹ in serpētē, Applicat̄ itaq; nobis mors Chr̄i in baptismo qui ex passiōe Chr̄i (sicut sepe dixim⁹) suā accepit uirtutē sicut scriptū est, An ignoratis frēs qa qcūq; in Chr̄o baptizati sumus, in morte eius baptizati sumus, cōsepulti eīn sumus cū illo p baptismū in mortē, Applicat̄ q̄q; nobis p fidē, Scriptū eīn ē. Quē posuit deus ꝓpitiatorē p fidē in sanguie suo, Nec mirū qa p fidē Chrs habitat (ut apl's ait) in cordib⁹ nr̄is. Habitat etiā Chrūs in nobis p charitatē, Nā scriptura ait, Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo, & q nō diligit manet i morte. i. nō applicat̄ ei medicīa passiōis ad uitā, Quocirca fides q̄ nob efficaciter passio Chr̄i ad salutē applicat̄, ē fides q̄ p charitatē opatur, ut sic mors Chr̄i nob applicet̄ nō solū scdm itellectū p fidē, uerū etiā scdm affectū p charitatē. ¶ Aduersarius.

Esa. 45 — Roma. 5 — Ephe. 5. — I. Iohan. 4. — I. Iohan. 5.

Disputatio. VI. Cap. I.

¶ Opa nr̄a q̄ fiūt extra fidē & q̄ sup nos ponimus nihil sunt q̄ pc̄ā. sicut Pau. Ro. 14, Quia abducūt nos à deo. Quāobrē necesse ē ut fideles nō cōfidāt sup opib⁹ cogitādo de pc̄tis suis se se deo opib⁹ uelle satisfacere, Aliogn nō crederēt satisfactionē Chr̄i, nec cōfiderēt deo, qa statuerēt opa sua ꝓ satisfactōe ubi satisfactio Chr̄i quā ꝓ nob fecit, stare d3 ī corde fidel'hois.

¶Theologus.

¶Opera q̃ ex fide nõ fiunt, recte dicis esse pctã, qbus & fidẽdũ nõ est, quare mea sñia, nimis desipiunt, q sibi persuadent se posse talibus operibus satisfacere. Præterea si de operibus loquaris alioquin bonis, sed ab hominibus mortali pctõ impeditis patrata sunt, nemo molestus erit, Quis em̃ dubitat eiusce modi opera esse mortua, Defuit nãq; eis, dũ fierent, principiũ uitæ spũalis qđ est charitas, Vnde nec p reparationẽ charitatis opera sic patrata ad uitã resuscitari possunt, sed mortua manent, Neq; tamen homini superuacanea sunt hmõi opa. Si nã q; nõ fiant tunc crebra sequitur p̃ceptoꝵ dei p̃uaricatio, ex q̃ nimiꝵ deus prius iratus, ad maiorẽ prouocat iracundiã, ac per hoc elongat à se peccator iustificatiõis grãm. ¶Porrò necesse est peccatũ tã ueniale q̃ mortale ante eẽ dimissũ quoad culpã quã quis pro peccato cõmisso, gratã deo exhibere possit satisfactionẽ. Peccata uero nobis, ni fuerimus charitate p̃diti, q̃ ad pœnã uel culpã, nõ remittunt. ¶Q; si loquaris de operib⁹ satisfactorijs pœnalibus q̃ amore iustitiæ ex fide & dilectione dei oriunt, nihil profecto periculi est, hominẽ in his cõfidere, & sese ijs satisfactuꝵ sperare, pro culpis in deũ cõmissis, nec p talẽ doctrinã aĩas orco demisim⁹ aut diabolo: id q̃d nimis acriter nobis impingis. Sed potius uiã perstrinxim⁹ cõpendiosam ad coronã gloriæ capiendã, immo phas est hominẽ ut his operibus gloriari, mõ in dño glorieť. Quid em̃ habes (inqt apostolus) qđ nõ accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris q̃si non acceperis. i. quid gloriaris quasi à teipso habeas, ut in. q. J. Hilarij exponit diuus Aug. Tu uero, si ijs p̃dictis obstrepere uolueris, tertiã partẽ pœnitentiæ tollas, imo & purgatoriũ prorsus neges, necesse est, p̃terea sacras literas pro nihilo habeas, q̃ manifestã purgatorij faciunt fidẽ, ut in libello nr̃o de Purgatorio plenius ostendimus.

Caput secundum,

¶Nunc ut rẽ paucis absoluamus, restat ut tuis argumẽtis satisfaciamus, Quãdo em̃ asserimus talia opera ad satisfaciẽdũ esse necessaria, nõ excludim⁹ satisfactionẽ & meritũ Chri, immo ista prorsus ante omnia includim⁹ & exigim⁹, quia sine

Christi

Christi satisfactione, nostra satisfactio nulla esset, quũ hęc ab illa promanet & satisfaciẽdi uim & efficaciã accipiat. Postulat eñi ipsius satisfactiõis natura in primis expurgationẽ ipsi⁹ culpę, qa status mortal' culpę, deũ habet iratũ atq; offensum, & ergo impedimẽto est quo minus possit hõ facere pœnitentiam deo gratã. Iam ex pctõ cõmisso etiã dimisso, hõ obligat deo ad subeundã pœnã deo placentẽ, quã facere minime pt, si adhuc fuerit mortali pctõ implicitus. Talis aũt status à pctõre auferri nequit sine infusione diuini amoris seu charitatis p quã nobis passio Christi copulat in uim satisfactionis. Modũ aũt illius capulationis expressimus superius.

Capitulum tertium.

¶Sed hic iterũ olfacio quandã nouã calũniandi ansam, quã accipient perfidi Lutherani ex illa dictiuncula satis, quæ in satisfactionis uerbo cõtinet. Nã hæc dictio satis, sufficientiam quandã seu copiã sonare uidet, ultra quã, nihil opus est quippiã supaddi. Qua de re si Chrũs (id quod uerissimũ est) morte sua abũde pro nobis satisfecit, quid opus est ut post passionẽ Christi, nos p opa pœnalia satisfaciamus. Si eñi Chrũs exoluit debitã pro nobis pœnã, profecto nõ manemus alicui⁹ pœnæ debitores, ubi ille scelera nostra portauit. Similibus eñi friuolis rõnibus, uerisimile est illos oculatos Lutheranos, psæpe falli, Quocirca si sic argumentandũ putant, & nobis hoc pacto argumẽtari uicissim licebit opinor. Meritũ eñi cõdigni mercedẽ respicit, & obiecti loco, debitã habet mercedẽ. Si ergo Chrũs nobis meruit regnũ cœleste, utiq; ex meriro ipi⁹ regnũ cœlorũ debitũ est nobis. Nõ aũt fit debitũ, nisi sit satis cõmeritũ, Chrũs igit nõ minus satis, nobis meruit regnũ cœlorũ, q̃ pro debitis nostris ipsa satisfecit. Si aũt Chrũs satis nobis cœlũ meruit, supuacanea ergo sunt opa nostra, neq; opus est nostris meritis proprijs, ut associemur cœli ciuibus, Quod q̃ multifarie pugnet cũ sacris literis, statim à nobis cõmemoratis nõ opus est iterũ repetere. Sed si id uerũ est (sicut nõ est) cũ cuticulã ociosi nõ curamus, cur genio nõ indulgem⁹? cur nõ Epicurũ uiuimus? Quin tantũmõ credamus Christũ pro nobis satisfecisse, nobis regnũ cœlorũ promeruisse, opa pœnalia

nobis nō eē necessaria, sed statim à morte ad cœlos nos euolaturos, mō apud deū ueniā ꝑcemur, credamusq́ꝫ oia pc̄tā nobis eē dimissa, qd opus est pro uita æterna nos sollicitos eē, supuacue Chr̄us dixit, Vigilate & orate &c̄. Credo abhorrēt nūc pie aures tantā audire lasciuiēdi licentiā, sed de his satis.

Capitulū quartum.

¶Reuertamur nūc ad argumētū uñ digressi sum⁹, qd̄ etiā inuenimus motū, ad idē institutū, à B. Thom. 3. pte. q. 49. ar. 3. Vbi scd̄o loco argumētatur in hūc modū. Illis q liberati sunt à reatu pœnæ, nō est aliq̄ pœna iniūgēda: sed pc̄tórib⁹ iniungit pœna satisfactoria: nō ergo per passionē Chr̄i sunt hoīes liberati à reatu pœnæ. Ecce argumētū. Nos aūt ex opposito cōsequētis seruata prima ꝓpōne sic rōcinamur. Illis q sunt liberati à reatu pœnæ, nō est pœnitētia iniūgēda. Chr̄s aūt nos liberauit à reatu pœnæ, q̄re nec nobis pc̄tórib⁹ est iniūgenda pœnā, qa opus nō habem⁹, ut ꝑ opa pēnalia satisfaciam⁹. Istd̄ est argumētū nūc sup dictiūcula satis à nobis uētilatū. Cū aūt apud peritos dialecticos, de natura sylloꝝ in forma nō peccātiū, sit habere tres syllos cōuersiuos, q sint eiusdē uirtutis, licet nō eiusdē euidētiæ ut in q̄rta ptāte sylloꝝ docet Aristot. ideo ad tres eiusmodi q fieri possent syllos, eadē sp est solutio. Vna ergo diui Thomæ nr̄i satis erit solutio, q loco añ citato ad secūdū argumētū sic respōdet. Ad hoc, inq̄t ut cōseq̄mur effectū passiōis Chr̄i, optet nos ei cōfigurari, Cōfiguramur aūt ei i baptismo sacramētalr̄ scd̄m illd̄ Ro. 6. Cōsepulti sumus ei ꝑ baptismū in mortē, unde baptizatis nulla pœna satisfactoria ipōnit, qa sunt oīno liberati ꝑ satisfactionē Chr̄i. Quia aūt Chr̄s semel tm̄ pro pc̄tis nr̄is mortuus est, ut dicit. I. Petr. 3. non pōt hō secūdario cōfigurari morti Chr̄i ꝑ sacr̄m baptismi. Vnde optet ꝙ illi q post baptismū peccāt, cōfigurent Chr̄o patiēti, ꝑ aliqd̄ pœnalitatis & passiōis, quā in seipsis sustineāt, q̄ tñ ml̄to minor sufficit, q̄ eēt condigna pc̄tō, coopante satisfactione Chr̄i. Hāc solutionē. 3. S. D. 19. q. I. ar. 3. in corpe declarans, uult ꝙ hō pc̄tōr debitorq́ꝫ pēnæ, fit pticeps passiōis Chr̄i Vno qdē mō sacramētalr̄ ꝑ sacrꝫ passiōis Chr̄i qd̄ ē baptism⁹, i q̄ cōsepelimur Chr̄o, Altero ṽo mō fit ista pticipatio ꝑ realē cōformitatē pc̄tōris ad Christū patiētē, q̄d fit ꝑ pēnitētiā. Et qa

cōformitas

cõformitas hæc fit p actionẽ nostrã, cõtingit eã nõ eẽ pfectã, scdm ꝓportionẽ ad reatũ culpæ, & tũc remanet adhuc aliqua obligatio ad aliquã pęnã uel hic uel in purgatorio exoluẽdã. Nec tñ oportet ꝙ cõformitas ad passionẽ Chri, fit scdm experiẽtiã tãtæ pęnæ, ad q̃tã aliqs obligat ex culpa, qa passio capitis in mẽbra redũdat, & tãto plus q̃to ẽ ei aliqs p charitatẽ magis cõiũctus, Vñ ex ui passionis Chri, diminuit q̃titas debitæ pęnæ. Et scdm hoc dr̃ has pęnas auferre in q̃tũ eas diminuit Hactenus ille. An aũt cõiũctio ad deũ q̃ est p charitatẽ, pęnas illas interdũ prorsus auferat, nõ ẽ pñtis negocij anxius discutere, sed ut mea fert opinio, ex q̃ charitas displicẽtiã habet male gestoꝝ, nihil mirũ est aliquẽ tãta charitate deo eẽ cõiũctũ, ut nõ mõ charitas excelsã mereat gloriã in cœlo scdm uirtutẽ meritoriã, uerũ etiã eidẽ tã ubertim applicari passionẽ Chri, scdm uirtutẽ satisfactiuã, ut nullũ sustineat dolorẽ. Sed hæc curiosius inqrere nõ ẽ necesse, satisfuerit interea obiectionemq̃ aduersarioꝝ quã mouere possent, dissolutam esse.

¶ Disputatio septima.
Capitulum primum.

¶ Aduersarius.

¶ Ex his patet ꝙ fides nos beatos facit, nihil ad hoc conferentibus proprijs operibus nostris.

¶ Theologus.

¶ Si de beatitudine cœlesti hic tibi sermo est, & de operibus quæ ex fide & dilectione dei proficiscuntur, certe multum aberras, nam tibi superius diffuse ex scripturis monstratum est, opera illa regnum cœlorum mereri ex condigno. Si uero loquaris in præsentiarum, de salute huius uiæ, quam gratiam iustificationis, seu statum gratiæ nũcupamus, hanc certe non facit fides sola, neque enim sola fides talem salutem meretur, neque sola opera quæ ex fide procedunt, neque deniq̧ fides cum oratione hanc salutem merentur. Et quidem horum omnium unica ratio est, quã reddit apostolus quia gratia nõ esset gratia, sed potius eẽt debita, Ex sola ergo Roma. xj.

diuina misedia, nullis pcedentibus hũanis meritorijs actibus, homini talis salus cõfertur ad iustificationẽ sui, Sicut nãq; nõ semel dixim⁹, fides & oratio, in qbus tu ferme summã totius rei collocas, solũ impetrant, nõ debitũ exigunt, liberalitati innitunt nõ strictæ iustitiæ, quo fit q multa impetramus q̃ non meruimus, primũ nãq; liberalitatis est reliquũ uero ad iustitiã ptinet. Cur aũt fide & oratiõe grãm impetramus, rationẽ accipe, quia p humilẽ orationẽ quæ fidei innitit, hõ se adaptat, ut cõgrua & propria fiat materia, in quã diuina misericordia, & liberalitas, diffundat suæ gratiæ influxũ: hoc em̃ est q̃d ait dñs apud Esaiã. Ad quẽ aspiciã, nisi ad pauperculũ & cõtritũ corde, & trementẽ sermones meos, & Dauid, Cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Et Iudith. 9. Cui sp placuit humiliũ depcatio, oratio em̃ humiliãtis se cœlos penetrat. Propria ergo dispositio ut orãs exaudiat est hũilitas, ut postea dicetur

¶ Aduersarius.

¶ Fidei primus fructus est dilectio dei, illa nõ pt ociari, oportet eã uolũtatẽ dei, etiã eius laudẽ & honorẽ operari.

¶ Theologus.

¶ Dilectio dei nõ dicit fructus fidei quasi ex fide prodeat ut fructus ex materiali arbore pducit, Nõ em̃ à fide, sed à spiritu sctõ, tã fides q̃ dilectio diffundit in cordib⁹ nostris, Neq; ptereá fides dilectionẽ meret, sed fides iam antecedẽs in adulto impetrat eã hũili pce, nullis pcedentibus meritis.

¶ Aduersarius.

¶ Chrũs ait aplis, Lucæ, 17, Sic & uos cũ feceritis oĩa q̃ pcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sum⁹, quare tũc uellem⁹ beatitudinẽ nostris operibus asscribere. Veꝝ Chrũs nobis sua morte cœlũ aperuit, propterea eidem gratias age.

¶ Theologus.

¶ Si de operib⁹ q̃ iustificationẽ antecedunt loqui tibi est animus, nõ refragamur, Talia em̃ opera mortua sunt, proinde stultus eẽt, q suã beatitudinẽ talib⁹ operib⁹ asscriberet. Si aũt intendas loqui de operib⁹ hoĩs iã iustificati ex dilectione dei proficiscentib⁹, falsissimũ est q̃d affirmas falsissimãq; probationem

adiũgis.

adiungis, qn̄ inquis, nullius hoīs opa mereri cœlū ut ex supio ribus sane liquet, Chrūs nāq; dicit, Quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā, intra in gaudiū dn̄i tui, Et in alio loco, Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, Quid clarius dici pōt? Porrò qn̄ adducis uerbū Christi Lucæ. 17, ex corruptissimo intellectu id agis, Quāuis etem̄ opa nostra deo sint inutilia, qa cōmodū ei afferunt nullū, & ergo recte dixit saluator, q̄ deo manemus inutiles serui, q bonoꝝ nostroꝝ nō eget. Sūt tamē opa bona nob ualde utilia, qa regnū cœloꝝ suis afferūt operarijs Verū ut huic materiæ finē imponamus, nimis iniquū te exhibuisti bonis & sanctis opibus, & opa bona deprimendo non parū diuinā munificentiā atq; liberabilitatē læsisse uideris. Scire nāq; debueras scriptū esse, Quodcūq; feceritis, ex aīo operamini sicut dn̄o deo & nō hominibus scientes q̄ à dn̄o accipietis retributionē hæreditatis, Et ad Heb. x. Nolite amittere cōfidētiā quæ magnā habet remunerationē. Patiētia em̄ ē uobis necessaria ut uoluntatē dei faciētes reportetis repromissionē, Itē cap. xi. Deus requirētibus se remunerator est, Et iterū, Quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hoīs descēdit, & cæteris cōsimilib⁹. Ecce quantū scripturæ tribuūt deo, liberalitatis, munificētiæ atq; remuneratiōis. Tu aūt dicis (& quidē rectissime) deo placere bona opa, & tamē nō uis eis alīq̄d reddi à deo pro p̄mio, Quid em̄ habebūt pro p̄mio? Nunq̄d bona tēporalia bonis opibus pro præmio assignabis? certe nō, Bona nāq; tēporalia citius adueniunt pessime operantibus q̄ recte & sancte agentib⁹. Nec certe pro tali p̄mio sancti operant. Neq; etiā admittis q̄ opa bona mereant regnū cœloꝝ aut q̄ digna sint uita æterna, neq; deniq; admittis ea cē satisfactoria p̄ p̄ctis. Quid ergo de⁹ tā munific⁹ tāq; liberalis retribuet bonis opib⁹, in qbus scd̄m te tantā cōplacentiā h3 dn̄s? Certū ē (ut ad hoīem argumētemur) deū largiri regnū cœloꝝ bn̄ operātib⁹, aut ergo dat dignis, ul' īdignis, si indignis insipiēs distributor uidebit, si dignis, utiq; dabit p bona merita dignificatis, quā sane sn̄iam q̄uis hoc loco inferre nō intendim⁹, eā tamen supius ex scripturis multipliciter probauimus.

Disputatio octaua. Capitulum primum.

¶ Aduersarius.

¶ Iã aduerte q̃ dñs pctã nõ remittat propter opa nr̃a neq; propter aliquẽ aliũ, sed solũ propter grãm suã, honorẽ & misericordiã, nõ uult etiã gloriã suã alteri dare, scriptum est Esa. 41. Gloriã meam alteri non dabo.

¶ Theologus.

¶ Nõ dat deus nobis suã iustificationis grãm, propter opa nostra, sed neq; dat propter fidẽ nostrã, neq; ꝑpter orationẽ nostrã q̃bus tu cũcta ascribis, alioqn ut dixim⁹ prius, Gr̃a nõ eẽt gr̃a, sed debita. Dat ergo nõ ꝑpter merita nr̃a grãm, sed propter suã misc̃diam, Q̃n addis, deus pctã nr̃a nõ dimittit ꝑpter aliquẽ aliũ, neq; uult deus gloriã suã alteri dare, scilicet sanctis quoꝝ inuocationẽ in tuo libello nõ mediocriter suggillas & auersaris, q̃uis inquã hæc, in ope nostro nup desup ædito, abunde diluimus, nihil tñ ꝓhibet, sed magis inuitat, allicitq; utilitas prioribus dictis nostris, qppiã sub breui resolutiõe supaddere. Vnde (ut q̃ breuissime ad tuã probationẽ dicamus) non sic dat deus gloriã suã alteri, ut sanctus aliqs q inuocaẽ, habeaẽ tanq̃ autor & collator gratuiti & supnaturalis beneficij, id q̃d soli deo ꝓpriũ est. Sed q̃ sancti defuncti, & alij sancti adhuc mortalẽ uitã agentes deũ orent & orãdo à deo nobis grãm iustificationis impetrent, nõ minuit gloriã dei, sed eã potius auget & dilatat, Nã eo ipo q̃ sancti orãt deũ ut ipe nobis bñficia pſtet, dant deo gloriã suæ oĩpotẽtiæ, sibi uero impotẽtiã, recognoscũt etẽm petẽdo, deũ, tãq̃ cõferre potẽtẽ, sese uero id q̃d poscũt cõferre nõ posse. Vt ẽm est ꝓpõ apud diuũ Augu. ual de familiaris, Nemo id ab alio orat, q̃d in sua ptãte iam habet Si ergo sancti possent ꝓpria potestate bñficiũ gr̃æ aut corporalis sanitatis cõferre, nõ id peterent nobis à deo donari, neq; certe eos ad hoc inuocaremus, ut à deo nobis grãm sanitatis impetrarẽt, ueꝝ orarem⁹, ut ipi nobis grãm illã cõferrẽt. Vnde & mos ecclĩę obtinuit ut oĩs oratõis nrę series hac clausula terminẽ, p Christũ dñm nostrũ &c̃. Nõ ergo sctõs (ut ꝑ nobis orent) inuocãdo, deos facim⁹ (id q̃d impij ac maledicti Lutherani nequiter mẽtiunẽ) sed deo suã maiestatẽ & potentiam nõ solũ illesam ac imminutã relinquimus, ueꝝ inuocando sanctos ma

ctos manifeste ꝑtestamur, nõ à sanctis, sed à solo deo id nobis posse donari q̃d petimus, Proinde neq; sanctos inuocãdo aliqd diuinũ eis tribuimus, sed potestatẽ deprecãdi (q̃d sane creaturæ uires nõ excedit) sicut nec aplus Romanos inuocãdo ut ꝓ se orarent, aliqd diuinũ eis tribuebat, qñ sic scribit. Obsecro ergo uos frẽs ꝑ dñm nostrũ Iesum Christũ, & ꝑ charitatẽ sancti spũs, ut adiuuetis me in orationibus uestris ꝓ me ad deũ ut liberer ab infidelibus q sunt in Iudæa, & obsequij oblatio accepta fiat in Hierl̃m sanctis. Vnde stupẽda potius q̃ miranda est Lutheranoꝝ obcæcata malignitas, qñ inficiari nõ pñt licitũ eẽ inuocare sanctos uiuentes, ut pro nobis orent, id tñ dura ceruice, oẽs subtrahũt sanctis cũ deo triũphãtibus. Dei itaq; honorẽ & gloriã sctõꝝ inuocatio nõ minuit, sed auget. tãtũ abest ut ꝑ hanc eius gloriã in alios transferamus aut diuidamus, quẽ tanto ampliori laude dignũ ducimus ꝓ quanto nõ solũ in se, sed etiã in seruis suis deprecabilẽ atq; honorabilem ostẽdimus, sicut scriptũ est. Et in seruis suis dñs deprecabitur Roma. 15

Capitulum secundum.

¶ Rursus postq̃ opusculũ de inuocatione sanctoꝝ ædideram motũ fuit dubiũ. An aliqua subsit necessitas, qua teneremur sanctos pro nostra obtinenda iustificatiõe inuocare, ubi sufficiat solũ deũ inuocare. Et primo apparuit aliquã subesse necessitatẽ, qa scd̃m Thomã quẽ nos secuti sumus. Si deus ꝓdisposuit hominẽ ad preces alicuius sancti iustificare, eo nõ orãte, nõ sequitur iustificatio, proinde æque tenebit peccator, sanctũ talẽ inuocare, sicut pro sua iustificatione debet laborare. Cõtrariũ tñ huius apparet qa ad hanc sancti inuocationẽ per nullũ astringimur præceptũ, nec mirũ, qa semp suffecit inuocare pro iustificatione solũ dñm deũ, huic eñ propriũ est dare gratiã & gloriam. Ad argumentũ autem quod erat in contrariũ concedimus atq; donamus, si sanctus nõ oret, nõ sequetur iustificatio, Sed neganda uenit cõsequutio q̃ ꝓtendit, q; ergo teneamur inuocare sanctos aliqua necessitate ꝓcepti. Rõ est qa oĩno sicut ꝓdestinatio dei nobis occulta est, ita nobis occultũ est ob cuius sancti orationẽ deus uelit hoiem iustificare Neq; tñ periculũ est, ne propter hanc nostram ignorantiam,

postponat ipsa nostra iustificatio, Deus eñ suæ prouidẽtiæ p̃destinationẽ frustrari aut eius ordinẽ impediri nõ sinit, sed suo instinctu peccatorẽ mouebit, ut sanctũ illũ inuocet, ad cuius p̃ces deus decreuit hominẽ iustificare. Solutio hæc nr̃a fictitia nõ est, sed clarissime de mẽte ap̃li ad Ro. 8. inquiẽtis. Similiter aũt & sp̃us adiuuat infirmitatẽ nostrã, nã qd orem' ut oportet, nescimus, sed ipse sp̃us postulat pro nobis (id ẽ, nos postulare facit) gemitib' inenarrabilibus, ut Augustinus semper exponit & Ambrosius.

Capitulum tertium.

¶Postremo ueritatẽ illã cõem, quæ de inuocatiõe est sanctorũ, quã dẽptis tribus, Basilide, Eunomio & Heluidio, antiquis hæreticis, sp̃ habita fuit pro catholica ueritate. Hanc (inq̃) infallibilẽ ueritatẽ usq; adeo uehementer auersat & execrat aduersarius, ut nõ erubescat eos q sanctos inuocant, hæreticos appellare & idolatras. Et quidẽ (sit q̃so uenia uerbo) id agit friuolis & in re tã ardua, nimis leuib' argumentis, quæ in tractatu desup ædito dudũ clarissime diluimus, Inter cuncta aũt argumenta ipi' unũ est festiuius, & apud eũ maioris põderis, qa scilicet in scripturis sanctis nunq̃ sanctos defunctos legim' inuocandos eẽ, Hoc aũt in tractatu de inuocatione sanctorꝝ capite q̃nto diluimus sic scribentes, Nihil mirũ cuiq; sensato uideri debet, euangelicæ doctrinæ scriptores, quantũlibet nr̃æ astipularẽtur ueritati, parũ de sanctis, tũ uenerandis, tũ inuocãdis prodiderint, sed Paulinũ seruarit cõsiliũ quo dicit, Tu autẽ fidẽ quã habes apud teipsum, apud deũ habe, quãdoquidem de ea re sermonẽ effundere extremæ ferme fuisset dementiæ, Si nãq; sanctorꝝ p̃conia, suffragia, uenerationes, & inuocationes, & id genus q̃plurima, q̃ sanctis ac beatis tribuimus, hoĩbus adhuc mysteriorꝝ dei rudibus p̃suadere uoluissent sacri scriptores, nõne magnã ad idolorꝝ cultũ fenestrã aperuissent? Nõne & ipsi gentiles ex qbus fundanda tũ erat ecclesia, maxime Christi fidẽ aspernati fuissent? Nõne & blasphemassent in christianã doctrinã, ac religionẽ, eo q̃ nõ mõ ueterꝝ deorũ tollerent culturã, uerũ etiã nouos quosdã semideos colẽdos esse, abiectissimosq; hoĩes turpissima morte extinctos coli docerent?

cerent? Quin & cōplures ex his, q paucis ante dieb⁹ Christo nomen dedissent, nō secus ac canes ad idolatriæ uomitū redissent. Quapropter familiari spūs s. cōsilio, ueritatē hanc (quam sane firmissimā eē, infra ostensuri sumus) in sacris literis silentio ferme ꝑtermissam & credimus & astruere audaciter non ueremur, quā tñ postea Christi iā solidata ecclesia, deus Opti. Maxi. ꝑ incremēta tpm, sine omī offensione manifestatur⁹ erat, quēadmodū etiā legalia ꝑcepta nō statim initio, sed paulatim sublata esse cōstat. Aperuimus igit̃ tibi, si tñ ratiōis capax sis, qd causæ fuerit, ꝙ ueritas hæc in primæua ecclia palā manifestanda ac scribenda nō erat. Et infra, Rñde quod te rogo, Diuus Iohānes cū oībus aplis, aliisq̃ sacraꝝ literaꝝ scriptoribus supesset, si tū Petrū & Paulū, necnō & alios aplos, tūc in Christo obdormiētes, cū suū æderet euangeliū beatoꝝ nūero annumerasset, ac hoīes adhuc in terra degentes eoꝝ opem ac patrociniū postulare docuisset, nōne ipsius euangeliū ꝑ qd ex idolatris colligenda erat ecclia in discrimen uenisset? Nonne gentiles ad idolatriā & ad errores qbus pridē renūciauerāt animum adiecisset? Et infra cap. 7.

Capitulum decimum.

¶ Proinde ne uideamur detrectasse certamen ex sacris literis paucis rē ipsam adoriamur inuocationē sanctoꝝ fundantes, Chrūs in cœlū, mox ostensurus signa suis relinquēs, declarāsq̃ discipulis, qbus ueritas prouulganda ꝑ eos, gentibus astruēda esset atq̃ probāda, sic inqt, In noīe meo dæmonia eiicient linguis loquent̃ nouis, serpētes tollent, & si mortiferꝝ qd biberint nō eos nocebit. Et subsecutus Euangelista, Illi uero inqt, profecti ꝑdicauerūt ubiq̃ dño coopante, & sermonē confirmante sequētibus signis. Vigilāte eñ insinuatione usus est euangelista, ut & ipse aplos, & subsecuta diceret esse signa. Nēpe ut admoneret ꝙ sequēdo in ueritatis assertione, ambigua titubatione hæret animus, ad diuinitus promissa signa, tanquā cœlestia oracula refugeremus. Vnde quātūlibet obstinatus sis, atq̃ proteruus negare tñ nō potes quin miraculo ꝑ aplos patratoꝝ signa, sufficientia ac satis efficacia fuerunt, ad durissima infideliū corda emollienda, q captiuantes intellectū suū in

 obsequiū

obsequiũ fidei, oẽs tã uarios tã'q; remotos à sensuũ apprehensione cõplecterent fidei articulos. Cũ ergo nõ suppetãt forte rõnes, qbus ptinaci ac in suo sensu abũdãti, qamus psuadere, sanctorũ nobis intercessiones posse patrocinari & opitulari: p sentissima tñ argumẽta eẽ nõ dubito tã crebra, immo innũera cœlitus emissa signa, interdũ q̃'q; signis à Chr̃o promissis, pstãtiora, q̃ ex probatissimis historijs ad sanctorũ inuocationẽ diuinitus legimus eẽ patrata. Hæc si dicas ad sanctorũ patrocinia asserẽda, incõuenietia eẽ testimonia, neges necesse ẽ, & apl̃orũ miracl̃a ad fidei assertionẽ suffecisse, qđ qa uir euãgelic⁹, nõ dices: nescio cur alterũ dicas alterũ neges. Nolo mihi dicas p sanctorũ iuocationẽ iniuriã fieri deo: cui⁹ rei gr̃a merito sit execrãda. Nũqd eñ par ẽ credere deũ optimũ maximũ'q; p suas supnaturales: quas'q; solus opatur uirtutes, fidẽ facere falsitati, ut q̃ uoluit eẽ euidẽtissima & irrefragabilia asseuerãdæ ueritatis indicia: nũc uelit eẽ patrocinia, seu etiã lenocinia pestiferę falsitatis? Absit ut deus optimus suis beneficijs & prodigijs astipulet & suffraget prauis pcibus, sacrilegas'q; foueat supplicationes. Reliquũ igit est pie lector ex pmissis colligere atq; cõcludere, spm̃ sanctũ (uti pridẽ diximus) signis & prodigijs q̃tũ ad sanctorũ inuocationẽ attinet: nõ statim initio nascẽtis ecclesiæ: sed pfinito ac statuto tpe, suã uoluisse ecclesiã, quãobrẽ opæpreciũ nõ erat (qđ tñ miris pstigijs euãgelij impugnatores cõtendũt, eiusmodi inuocatiõis articulũ expresse in sacris describi codicibus. Neq; eñ expediebat sic fieri, uti alias irrefragabili argumẽto in faciẽ tibi cõmonstrauimus. Vides ergo quãta rõne subuersum sit tuũ fundamẽtũ q̃ in uniuersam uersaris ecclesiã, qñ ex fidelibus q pie sanctos inuocãt ea rõne hæreticos idolatras'q; facis, q sanctorũ inuocatio in sacris l̃iis cõmendata nõ inuenit. Ostendim⁹ nã'q; ex apl̃o noui testamenti scriptorib⁹ ueritatẽ hanc nõ licuisse docere neq; profecto id ipsum in ueteri lege expediuisset, qñ Israheliticus ppl̃s ad idolatriã usq; adeo fuit propẽsus, ut ne ducib⁹ suis Moysi & Aaron, tanquam dijs diuinos impenderent honores, eorũ sepulchra toti genti diuina dispositione fuerunt occultata.

Rursus ex sacro euangelio fundauimus sanctorũ cœlicolarũ

inuoc

inuocationē diuinis signis atq; prodigijs usq;adeo cōfirmatā & approbatā, ut nemo refragari possit, nisi usq;adeo insaniat, ut uniuersaliter oēs miraculoꝝ historias à sanctis patrib' quae his interfuerūt & affuerunt conscriptas tanq̄ falsas & nullius fidei rejciat. Qui aūt his ampliora desiderauerit, legat diuū Augus. lib. xxij. cap. viij. de ciuitate dei, inueniet procul dubio illic ꝙ sanctorū miraculis ipse cum alijs sanctis interfuerit quae nō minus, immo multo magis & millesies credenda sunt amplius q̄ si uel à Tito Liuio uel à Salustio uel id genus alijs Ethnicis scriptorib', quib' nunc male totus inclinat' est mundus, conscripta esset. His ergo primo libro finem imponimus in quo ad dei gloriam, octo generales catholicas ueritates cōtra Lutheranam perfidiam solidare ab initio promisim'.

SEQVITVR NVNC LIBER SECVNDVS IN QVO clare ostendetur ordo humanae quae apud deum est iustificationis.

¶Aduersarius.



NVlla opera iustificant quempiam, sed sola fides.

¶Theologus.

¶Non aduertunt miseri, hanc assertionē ad uerba Iacobi secundo capite binā habere ex diametro contradictionē: unā quidem ex parte operum, alteram uero ex parte fidei quod quo magis perspicuum fiat, utriusq; partis assertionem ob oculos ponemus.

Assertio Lutherana.

Nulla opera iustificant quempiam, sed sola fides.

Assertio Apostoli.

Vide ꝙ ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantum

¶Lutheranæ perfidiæ, De fide & operibus ori go prima Cap. .I.

¶Verũ qa priorẽ cõtradictionẽ satis discussimus, dũ Paulinã sniam (qua dicit) Abrahã, si ex operibus iustificatus est, habet qdẽ gloriã, sed nõ apud deũ, cũ snia Iacobi cõcordaremus, q̃ inquit, Abrahã pater noster, nõne ex operibus iustificatus est satis satis inquã de hoc diximus septimo capite Epithomatis nostri de fide & opibus, Alterã uero q̃ de fide est, in p̃sentiaꝝ discutere libet cõtradictionẽ, neq; eñ modica repugnãtia est, sola fides hoiem iustificat (quod hæretici asserũt) & nõ nõ iustificatur ex fide tm̃, qđ aplus Iacobus asserit. Pro exordio igit dicendoꝝ inuestigare tentabimus. Vnde Lutherana uesania suã in hoc articulo traxerit originẽ. Hanc docens Aug. li. 83. q̃stionũ, q̃st. 76, sic inquit, In hoc se gentibus in chr̃o credẽtibus, Iudæi p̃ferri cupiebant, ꝙ dicebant se meritis bonorum opeꝝ, q̃ in lege sunt, ad euangelicã ueritatẽ p̃uenisse, huic adiungamus ꝙ lex plerũq; opa bona externa p̃ceperit. Vnde etiã aplus eã factorũ legẽ uocitat. Per huius legis obseruãtiam putabant se meruisse Iudæi, ut eis lex fidei traderet. Cõtra hãc cõuersoꝝ Iudæoꝝ pfidiã aplus suã dirigit intentionẽ in epl'a

Roma. 3 ad Roma. Sup quo sane articulo Augusti. lib. I. rñsione. 2. ad Simplicianũ sic scribit. Hæc est aũt intentio epl'æ, ut de opeꝝ meritis nemo glorieť, de qbus Israhelitæ audebant gloriari, ꝙ datæ sibi legi seruiiſſent, & ex hoc euãgelicã grãm, tanq̃ debitã meritis suis pcepissent. Vñ nolebãt eãdẽ grãm dari gẽtib⁹, tãq̃ ĩdignis, nisi Iudaica sacramẽta susciperet &c̃. Nõ eñ intelligebant, ꝙ eo ipso quo gratia est euangelica, opibus nõ debetur, Alioquin gratia iã nõ est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur fides &c̃. ut scilicet nõ se qsq; ideo arbitretur recepisse grãm, qa bene operatus est, sed bene operari nõ posse nisi p fidẽ recipiat grãm. Hactenus ille. Et qa iam dicta inflatio cordibus Israhelitaꝝ insederat, uoluerunt ipi cõuersis ex gentibus imponere onera legis ut Actuũ. 15. uidere licet. Et hæc

Prima hæresis in ecclesia. fuit prima hæresis in ecclesia christiana. Apostolus aũt hæresim hanc extinguere uolens, uigilantissime declarauit, opa legis ad iustificandũ impiũ, prorsus esse inualida & inania ubiq;

opera

opera legis deprimens, inquantũ ex sola lege factorũ, & nõ ex lege fidei, pcederent: fidẽ uero semp magnificãs: qñ fidem & opa ad inuicẽ cõparat in ordine ad impij iustificationẽ. Et quo clarius fiat qd dicimus plures ad hoc aplicas inducemus snias Ex opibus (inqt) legis nõ iustificat ois caro &c. Iustitia autem dei, p fidẽ Iesu Chri in oẽs & sup omes q credũt in eũ. Vbi est gloriatio tua o Iudæe? exclusa est. Per quã legẽ? factorũ? Nõ, sed p legẽ fidei. Arbitramur em iustificari hoiem p fidem sine opibus legis &c. Vnꝰ em deus, q iustificat circũcisionẽ ex fide & præputiũ p fidẽ. Deinde ad Gal. 2. Sciẽtes ꝙ non iustificat homo ex opibus legis: nisi p fidem Iesu Chri. Et nos in Chro Iesu credimus, ut iustificemur ex fide, nõ ex opibus legis, propter quod ex opibus legis nõ iustificat ois caro. Qm aũt in lege, nemo iustificat apud deũ, manifestũ est, quia iustus ex fide sua uiuit. Lex aũt nõ est ex fide. Et itẽ, lex pędagogus nr erat in Chro, ut ex fide iustificemur. Euacuati estis à Chro q in lege iustificamini. Oẽs filij dei estis p fidem, q̃ est in Chro Iesu. Ex his & silibus scripturis, claret quãto serio Aplus cõtra primam (quam diximus) hæresim disputauerit. Vbiq; fidẽ Christi extollens: opera autem legis deprimens, tanq̃ ad iustificationem prorsus inualida. Gal. 2. Gal. 3. Rom. 3 Gal. 3. Gal. 5. Gal. 3.

¶ Secunda hæresis in ecclesia. Ca. II.

¶ Ex hac aũt fidei exaltatiõe & opeꝝ depressiõe, quã circa iustificatõem impij docuit Apls, p occasionẽ acceptã, exorta fuit secũda hæresis in primitiua ecclesia, ut multi pseudo Apli, ex doctrina Pauli inferentes, docerẽt solã fidẽ sufficere, operibus aũt bonis, nihil opus eẽ ad salutẽ. Vnde beatus Petrus in fine suaꝝ eplaꝝ, hoꝝ errorem notãs, inquit. In qbus (subintellige Pauli eplis) sunt quædã difficilia intellectu, quę indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suã pditionẽ. Vt aũt diuus exponit Augustinus: duæ erant sniæ Apli, falsa interpretatiõe p eos deprauatæ: una quidẽ lex intrauit ut abundaret delictũ: Vbi aũt abundauit delictũ abũdauit & gratia, quã nos ptractauimus nro in Epitomate. Altera uero: Arbitramur hoiem iustificari p fidẽ, sine opibus. Ex hac snia traxerunt hęretici, habita fide Chri, nihil opus esse bonis opibus. Secũda hæresis in ecclesia.

Contra hũc errorẽ scripsit Iohan.j.ep̃la, cap.3. Filioli nemo uos seducat q facit iustitiã iustus est, quasi dicat. Qui non facit opa iustitiæ iustus nõ est, Et itẽ. Qui seruat mãdata eius in il lo manet & ipse in eo. Quomõ uero seruabit mãdata dei, qui nõ facit opera bona? Cõtra eundẽ errorẽ Iacobus ap̃ls pluri mũ ex intẽtione certauit, dũ capi.j. diceret, Estote aũt facto res uerbi & nõ auditores tantũ, fallentes uosmetipsos, qa si qs auditor est uerbi nõ factor &c̃. & cap.2o. ex intẽtione in de structionẽ istius laborat erroris. Hanc ergo hæresim olim A postolorũ cautione & uigilantia ab eccl̃ia eliminatã, seductor ille Martinus, cũ suis cõplicibus nouiter resuscitauit, ex mõ lo quẽdi ap̃li occasiõem accipiẽs. Ap̃lus eñ fidẽ & opa bona le gis ad inuicẽ cõparans, iustificationẽ q̃ ex impio fit iustus, ab opibus prorsus sustulit & alienauit, eãq; fidei tanq̃ suo princi pio ascribit, & ad hoc totã intẽtionẽ suã dirigit. Proinde si ali cubi dixisset ap̃lus (qd tñ nunq̃ dixit) solam fidẽ iustificare (id qd Lutherani mẽdaciter ex ap̃lo colligũt) nõ hoc aliter intel lexisset ap̃lus, q̃ ad excludẽdũ opa bona à causalitate iustifi cationis, q̃ ex impio cõstituit iustus, nequaq̃ aũt excludere uo luisset charitatẽ. Sil̃r & diuus Ambrosi. ad Roma. 4. qñ dicit solã fidẽ iustificare ad intẽtionẽ & modũ loquẽdi ap̃li nõ cha

I.Cor.13. ritatẽ, sed sola opa à iustificatiõe impij excludere intẽdit. Por rò ap̃lus in tã multis scripturis iã recitatis, licet iustificationem ascribat fidei tanq̃ eius principio, nulla charitatis habita ex pressa mẽtione, charitatẽ tñ nequaq̃ exclusit, sed in alijs locis, eã summe necessariã ad iustificationẽ asserit, qñ fidei & spei charitatẽ p̃fert, ubi etiã inqt, Si habuero oẽm fidẽ ita ut mon ter transferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil sum. Et ad Gal.5 Neq; circumcisio aliquid ualet neq; p̃putiũ, sed fides quę per charitatẽ operal, q̃si dicat. Fides q̃ per charitatẽ nõ operal, ni hil ualet. Et rursus. Qũo ap̃lus necessitatẽ charitatis clarius ex primere potuit, q̃ dũ diceret. Sup omnia aũt charitatẽ habe te. Proinde si Lutherani inter necessaria iustificationis princi

Coloss.3. pia, etiã charitatẽ exprimerent, non esset nobis cum eis in hoc articulo, aliqua colluctatio, tunc eñ non possent excludere, seu attenuare opera bona, quia charitas sine operibus non est

quia

quia plenitudo, id est impletio legis est charitas, & ut inqt Gregorius, operaꝰ eñ magna si est, si aũt operari rennuit charitas nõ est. In hoc siquidẽ, ꝙ nulla bona opa iustificent impiũ, eis consentimus, uerũ in hoc q̃ plurimos decipiunt, qñ ex eo ꝙ opera bona hominẽ non iustificant (nempe quæ hominẽ iustũ præsupponunt) consequenter conclusisse uolunt et se obtinuisse confingunt, opera non esse ad salutem necessaria, qđ. utiqꝫ hæreticũ est. Aut eñ opera ex charitate ꝑpetranꝰ et hominem ad uitã æternã perducunt, aut ante charitatẽ fiunt, et tunc impedimentum et obicem iustificationis tollunt, ut sæpe ostendimus.

¶ Charitas est iustitia qua iustificatur impius.
Caput .III.

¶ Vt autẽ reuertamur unde digressi sumus, Charitas et si sine fide eẽ nequeat, quia sine fide impossibile ẽ placere deo, nõ tamen ipsa fides, sed charitas est iustitia illa, per quam homo formaliter iustificatur, nam charitate obtenta, homo iam iustus est. Quomodo eñ charitate formatus, non iustus esse posset, quando secundum Apostolum. Charitatem tantus cõsequatur cathalogus uirtutum. Apostolus eñ, Charitas (inquit) patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam &c. I. Cor. 13
Rursus ad idem nobis astipulatur Augustinus in lib. de natura & gratia, cap. 38. In Abel (inquiens) iusto charitas dei est, qua uere iustus est, quisqs iustus est. Et apertius cap. ult. Charitas ergo inchoata inqt, inchoata iustitia ẽ, charitas prouecta prouecta iustitia est, charitas magna, magna iustitia ẽ. Rursus quid plus ad iustitiam pertinet q̃ adimplere legem? at illud facit Charitas de qua scriptum est. Plenitudo legis est dilectio qui diligit proximum, legem impleuit. Omnis lex in uno sermone impletur, diliges proximũ sicut teipsum. Cũ ergo charitas et deo et proximo reddat qđ suũ ẽ. Iustitia aũt definiꝰ ꝙ ẽ cõstãs et ꝑpetua uoluntas unicuiqꝫ ius suũ tribuens. Est ergo charitas ipsa iustitia per quam apud deum homo iustus est Econtra uero apostolus sine charitate asserit fidem nihil esse. Non ergo fides iustitia est, quamuis iustitia sine fide esse Roma. 13. Gala. 5. I. Cor. 13

nequeat

Obiectio Lutheri

nequeat. Sed hic ꝓculdubio nobis obijcient Lutherani: Clare cōspicimus in scripturis plerūq; iustificatōem homis, ascribi ipsi fidei, nulla habita ratione charitatis. Inquit eñ scriptura:

Gal. 2 Nos in Chro Iesu credimus, ut iustificemur ex fide & non

Gal. 3 ex operibus legis. Ex fide eñ iustificat gētes. Gratia dei salui

Ephe. 2. facti estis per fidem. Iustitia dei est per fidem. Habemus ac‑

Rom. 5. cessum per fidem in gratiam istam. Iustificati igitur gratis per

Rom. 10 fidem pacem habeamus: Corde creditur ad iustitiam. Credi‑

Rom. 10 dit Abraham deo & reputatū est ei ad iustitiam. Accedentē

Heb. 11 ad deū oportet credere. Quē deus posuit ꝓpitiatorē per fidē.

Rom. 3 Nos eñ per fidem spem iustitiæ expectamus. Omes filij dei

Gal. 5 estis per fidem. Similiter & in euangelio uidemus salutē æter

Gal. 4 nam esse tributam fidei. Si ergo ex scripturis sit petendum iudicium, profecto tenendū erit fidem, nō autē charitatem esse

Solutio obiectiōis.

iustificati hominis iustitiam. ¶ Verū nō erit difficile nodū istū dissoluere. Istud nanq; est quod infelices Lutheranos ubique decipit. Non eñ considerant inanes stipulæ, omnes scripturas canonicas, à sancto spiritu esse inspiratas, qui nimirū spiritus, quod in uno loco non exprimit in alio suppleuit. Quaobrem una scriptura est per aliam, & cōplenda & explananda. Vnde cum saluator nr̄ super benedictus diceret: quicunq; crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, q̄uis illic charitatis nō meminerit: ea tamen alijs euangelicis q̄ pluribus locis, & aplicis eplis, suppletur. Et hoc quidem ita euidens est, ut nr̄a declaratione non egeat. ¶ Deniq; in tot scripturis nunc & superius capite primo inductis nunq̄ dicit Aplus, fidem esse ipam iustitiam, neq; dicit neq; certe dicere intendit, solam fidē sufficere ad iustitiā, id q̄d ubiq; mētiunt Lutherani. ¶ Verū dicit fidē apprime eē necessariā ad iustificationem. Et ut paucis absoluamus ubicūq; scripturæ fidē cōparant ad iustitiam, semper sub nota diuersitatis inter fidē & iustitiam id faciunt, ut patet inspicienti scripturas, mō & supius iductas. Vnde & cum scriptum sit, quotquot crediderunt in eum nō dixit eos, filios dei esse, sed dedit eis ptātem filios dei fieri. Nec mirū: Possunt eñ credentes, suam miseriam per fidem cognoscentes: & ex hac cōsideratione humilitati, misericordiā dei inuocare, ac per hoc cum

publica

publicano iustificationē impetrare: non solum ut filij dei esse possint, uerum etiā ut sint. Neq; enim aliud ex citatis scripturis elici poterit, q̄ fidē esse primū & initium siue fundamentū iustificationis, & uiam quandā esse ad iustitiā qua impetrat iustitia seu charitas, p quam possimus mādata dei ac diuinam legem adimplere. Inquit enim in symbolo Athanasius: Ante oīa opus est ut quis teneat catholicā fidē. Et Aug. lib. de p̄destinatione sanctorum, cap. 7. Ex fide aūt ideo dicit Apl'us iustificari hominem, nō ex opibus, quia ip̄a prima datur, ex qua cætera impetrent. Et ep'la. 105. quæ est ad Sixtū, sic inqt: Nullus liberatur aut iustificat, nisi gr'a dei p Iesum chr'm, nō solū remissiōe peccatorum, sed prius inspiratōe ipsius fidei, & timoris dn'i, impertito salubriter orōnis affectu &c̄. Et rursus in eadē ep'la. Restat ergo ut ip̄am fidē, unde om̄is iustitia sumit initiū &c. non humano tribuamus arbitrio, nec ullis meritis, hæc ille: Est ergo fides nō ipsa iustitia: sed initiū iustitiæ. Est præterea fides, fundamentū iustitiæ. Quia ut Aug. de prædestinatiōe sanctorum, ubi supra obijcit Pelagianis. Dicit à uobis: Fides ē à nobis, cętera à dn'o ad iustitiā ptinentia, quasi ad ædificandū nō ptineat fides, quasi ad ędificandū ingt nō ptineat fundamentū. Idem aliqn̄ deduxi ex Apl'o ad Ephe. 2. Est etiā fides uia quędā ad iustitiā, sicut scriptū ē, habemus accessum p fidem in gr'am istā Roma. 5 Accedentē ad deum oportet credere &c. Ergo fides uia quędam ē. Ad quē terminū? nimirum ad iustitiā: nēpe corde credit Heb. 11. ad iustitiā. Est etiā fides impetratrix iustitię siue charitatis, per Rom. 10 quā legē adimplere possimus. Vnde Aug. li. de gr'a & libero arb. ca. 14. Fides inqt nō petita cōceditur, ut ei petēti alia cōcedantur. Quō enim inuocabunt in quē &c. Ergo spiritus gr'æ facit ut habeamus fidē ut per fidē impetremus ut possimus facere quæ iubemur. Hoc autē ē charitas ut alias diximus. Quā sane sn'iam nobis cōfirmat. Diuus Au. lib. de spū & l'ra. ca. 32. Vn̄ inqt (.i. à quo autore) ē dilectio .i. charitas p quā fides operatur: nisi unde fides ip̄am impetrauit: Non enim eēt nisi diffunderet in cordibus n'ris, nō qua nos diligit, sed qua ip̄e nos suos dilectores facit. Ecce fidē ip̄am, iustitiæ esse impetratricem.

¶Quomodo ad fidem peruenitur. Ca. IIII.

¶ Si ut crebro probat Aug. p fidem ad charitatē pueniamus, pfecto expediēs erit dilucidare, quo nā mō fides charitatē attingat. Hoc aūt peruiū fiet, si unde donū fidei assequmur declaremus. Ad huius aūt capescēdam intelligētiā, aduertere oportet, ad cuiuscꝫ supnaturalis credibilis assensum, pexigi eius apphensionē seu cōceptionem. Quāuis etēm multa cōcipimus qb⁹ tñ nō assentim⁹, ut dū ppositionē aliquā dubitam⁹, aut eā iprobam⁹. Nullus tñ id credere pt, qꝫ necꝫ cōcipit necꝫ tāq̄ credibile apphendit. Proinde in actu fidei primū ē apphēsio credibilis: reliquū uero ē assensus seu inhēsio ad credibile apphensum, in q̄ nimirū cōplet & pficit actus fidei. Primū igit scrutandum est quō ad apphensionē supnaturalis credibilis pertingamus. Necꝫ ēm homo id poterit ex pprijs uiribus. Quō enim inter tam multarū extrema cōtradictionū, humana rō assurgere poterit, ut concipiat & tanq̄ credibile (id ē tanq̄ fide dignū) apphendat, qđ tam naturę q̄ rationi stupori ē cuius præterea oppositū, rōni consentaneū ē, nisi altiori quadā, & ea diuina rōne, id nobis pponatur. Et hoc est qđ Diuus Aug. lib. de præde s. sancto. cap. 2. pbans inquit: Quis ēm nō uideat prius esse cogitare, q̄ credere: Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credēdum &c. id est, esse fide dignū. Necesse ē tamē, omia quæ credunt, præueniēte cogitatōe credant, quāq̄ & ipsum credere, nihil est aliud q̄ cū assensione cogitare, nō ēm omis qui cogitat credit, cū ideo nō cogitēt plærique, ne credant, sed cogitat omis qui credit & credēdo cogitat, & cogitādo credit &c. Si nō sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed ois sufficiētia nr̄a ex deo ē, pfecto non sumus idonei cogitare aliqd q̄si ex nobismetipsis qđ sine cogitatōe nō possum⁹, sed sufficiētia nr̄a q̄ credere icipiam⁹ ex deo ē. Hęc ille: Vt igit cogitem⁹ aliqd eē credēdū (.i. fide dignū) necesse ē credibilia supnaturalia nobis pponi. Quō nancꝫ in cor hois sibi relictū, & nō altiori lumine sublimatū, cadere pt deū eē trinū i psonis, quē rō natural' demōstrat eē unū. Necesse ergo ē talia credibilia supnaturalia deo ṙuelāte sctis, tā pphetis q̄ aplis ecclię fundamētis, tāq̄ credibilia & uera diuinitus pponi, cū sano eorū & recto intellectu p quorū mediū ad eccl'iam puenere.
Eccl'ia

Ecclia aũt singulis suis fidelibus, qbus neq; deus, neq; pphetę loquuti sunt, ueritates ipas credibiles sub recto intellectu ppo nit. Et quidẽ hæc pauca de credibiliũ apprehẽsiõe sufficiant.

¶ Quo nam mõ ad assentiendum credibilius mouemur. Caput .V.

¶ Reliquũ nũc ẽ oñdere, quõ ad supnaturaliũ credibiliũ pueni amus assensum, hic etẽm ẽ principalis act' fidei, neq; ẽ in solis uirib' intellect', nisi accesserit intellectũ mouẽs pia uolũtas, ca ptiuans intellectum in obsequium fidei, ita ut credere nõ mo do sit op' intellect', sed etiã sit act' uolũtatis. Istud nobis decla rat Aug. li. de prę. san. cap. 6. sic inquiẽs: Multi audiũt uerbũ ueritatis, sed alij credũt, alij cõtradicũt. Volũt aũt isti credere, olũt autẽ illi, huius diuersitatis causam subiũgit, dicẽs: Sed cũ alijs pparet uolũtas, alijs nõ præparet uoluntas, discernẽdum est utiq;, quid ueniat de misericordia eius, qd de iudicio. Quasi diceret ex misericordia dei aliqbus pparat uoluntas: alijs autẽ ex occulto dei, sed iustissimo iudicio nõ præparat. ¶ Sed quõ uoluntas à dño præparatur ad credẽdum respondẽdo inquit Augu. quæs. scda. ad Simplicianũ: Voluntas ipsa nisi aliquid occurrerit qd delectet aut inuitet animũ, moueri nullo mõ pt. Hoc autẽ ut occurrat, nõ est in hominis potestate. Et iterum: Quis potest credere, nisi aliqua uocatiõe: quis habet in pote state: tali uiso attingi mentẽ suam: quo uoluntas eius moueat ad fidem. Quis aũt amplectitur aliquid, qd eum non delectet, aut quis habet potestatẽ, ut uel occurrat qd eũ delectare pos sit, uel delectet cũ occurrerit. Hæc ille: Colligimus ergo uo lũtatẽ ppari à dño, qñ de' facit, uel ab extra uel ad intra, aliqd occurrere, quo uolũtas moueat ad credendũ id, qd sibi diuini tus pponit. Et hoc est qd ait Augu. scda quæs. ad Simplicia nũ: statim post principiũ. Nullo mõ aũt Cornelius credidisset nisi secretis p uisa mẽtis, aut spũs, aut manifestioribus p sensus corpis admonitõibus uocaret. Habemus ergo quõ p externã ostẽtationẽ, deus aliqñ pparat uolũtatẽ ad credendũ. Ver ex terna oñsio nõ semp efficax aut sufficiẽs motrix est, qd uel ex hoc patescit signo, dum uidentium ac idem miraculum admi rãtiũ, puta Lazari resuscitationẽ, un' credit, & alter nõ credit.

Quõ uolũ tas prap ratur à deo ad credẽdũ

accipiā aliā mulierē, nisi te, & cōtra puella adolescēti, Ego alteri nō nubā nisi tibi, ilicò pro matrimonio propēsius fauorizātes, Vsq; adeo sentiūt illic eē spōsalia, ut si forte cōmisceantur, mox iudicent inter eos cōsummatū esse matrimoniū qđ reuera longe infra uerū uidet. Secus foret si diceret, nō ducā mulierē, nisi te Bertā. Ex quo eñ Berta cōprehēditur sub mulere, à qua fit exceptio, mox locutio intelligit exceptiua, & pmittit se ductuꝝ Bertā, hoc aūt longe abest in priori locutione, quia Berta nō cōprehendit inter mulieres alias à se, Vnde nō pt illa locutio accipi pro exceptiua. Proinde nō plus ibi sunt sponsalia, q̄ si dicat Bertæ, nō ducā aliā à te, quare etiam ut apparet nō tenet eā ducere, etiā post cōmixtionē, si uelit de cetero continēt uiuere, nō eñ pro singuloꝝ imaginatiōibus, sed ut text[9] iuris habet, uterq; cōtrahentiū tenet uerba prolata in eo sensu retinere, quē solet recte intelligentibus generare. Porro apud recte intelligētes, eiusmodi locutiones sunt oīno cōditionales, prorsus nihil ponētes, Verbi gratia, Si princeps iustus, pacis publicięq; cōmodi studiosus, sub iureiurādo promittat se nō inituꝝ bellū, nisi iusta ex causa, hoc casu nullo pacto à q̄piā debet intelligi astrictus manū cōserere in cā iusta. Sed astruit se nō cōflicturū si nō pcedat cā iusta. Atq; hoc mō apl's de pfido & obstinatissimo Iudęo diceret, nō iustificabit ex opibus legis, nisi p fidē Iesu Chři, nihilq; aliud insinuaret, q̄ q̄ nō iustificabit ex opibus legis, si nō antecedat fides Chři. Quo circa sicut hęc locutio nullā ponit iustificatiōnē, ita nec illa asserit ullū bellū, Nō ergo hæc regula ueritatē habere uidetur qua dicitur dictio nisi, apposita negationi, positionē efficit, qđ nimiꝝ intelligendū reor, nisi aliqua apponat aut cōiūgat affirmatio, ut si qs promittat se ductuꝝ mulierē in genere addatq; continuo, nō ducā mulierē in uxorē, nisi te Bertā, iā eñ implicite pollicet se ductuꝝ Bertā in uxorē, quēadmodū etiā si dicat, nō ducā aliā mulierem in uxorem, sed te.

De spōsal. & matri. cap. Ex lřis

¶ Disputatio secūda. Cap. .I.

¶ Aduersarius.

¶ Fides sine charitate, non est fides, neq; uirtus, sed solum opinio quædam.

¶ Theolo

¶Theologus.

¶Apl'us. I. Cor. 13. dicēs: Si habuero oēm fidē, ita ut montes trāsferā, charitatē aūt nō habeā, nihil sum, manifeste supponit oēm fidē posse stare in hoīe, charitate uacuo, ut supius ab initio ōndimus. Quare si Apl's, fidē quæ sine charitate ē, adhuc fidē dicit & noīat, erroneū plane ē, fidē ob charitatis absentiā, nō eē fidē, imo manet (si aplo credim⁹) absēte charitate adhuc ī hoīe uera fides, nisi forte aduersari⁹ usq3 adeo pteruiat, ut fidē q̄ mōtes trāsfert, fidē eē neget. Nos uero īterea ōndem⁹ in hoīe charitatis ex pte, posse stare uerā fidē. Nā necesse ē pc̄tōri, charitate destituto, q̄ pōt maxīe orare deū, ut ei⁹ misereat, q tā crebro dixit, petite & accipietis, q docet pc̄tōres orare p obtinenda sui iustificatōe in pabola de publicano, & filio pdigo. At fieri nō pt illa īuocatio sine uera fide. Quō em̄ īuocabūt, inqt Apl's, in quē nō crediderūt? Quō aūt citra rectā & uerā fidē, credēt in deū? Erat ergo in publicano pc̄tōre nō iustificato, sed p iustificatōe orāte, nondū charitate obtēta, uera fides, id qd ab īitio ōndim⁹. Imo ī q̄uis īpio adulto cōuertēdo, fides d3 añcedere īfusionē charitatis. Aut em̄ p baptismū charitatē assequit & sic credere o3 baptismū eē necessariū atq3 sufficiētē ad salutē. Aut si cū filio pdigo, p uiā cōtritōis cōuertit impi⁹, necesse est, ut p fidē sese cognoscat, deū patrē offendisse, ac p pc̄tōr remissiōe humilr exoret. Præterea si p mediū sacratalis absolutōis, iustificat impi⁹, necesse ē ut credat uerbo chri dicētis: Accipite spm̄ sc̄tm̄, quor remiseritis pc̄tā, remittunt eis. In oī ergo adulto, fides añcedere debet iustificationē. Adde q in q̄libet adulto iustificādo, fides ē p quā, & ex q̄ pc̄tā sua cognoscit & deinceps pc̄tā sua penitēdo recognoscere, pponit, & recōciliationē ex diuina miseratōe sperat, tādēq3 uitā æternā auidus expectat. Est ergo dubio pcul in iustificādo hoīe ea fides quā Apl's definit eē substātiā rer sperādar, argumētū. i. certā cognitionē, nō apparētiū. Quū ita infallibilr à definitiōe ad īpm definitū efficacissimū sumat argumentū, pro uero relinquitur in homine charitate uacuo, ueram esse fidem.

Fides tpe charitatē añcedit.

¶Fides mortua est uera fides & donū dei. Ca. II.

¶At huic sniæ oggāniet forsan aduersari⁹ in hūc modū, Iaco

Obiectiōbus

bus apl's affirmat fidē ſine opibus eē mortuam, ubi aūt nō ſunt opa, ibi nō ē charitas, & ecōuerſo, nā plenitudo legis.i. adimpletio legis, q̄ ē utiq; p opa, ē ipſa charitas. Fides ergo ſine charitate, ē mortua. Sicut igiſ hō mortu⁹, nō diciſ hō, ita nec fides

Solutio. mortua diceſ fides. ¶Sed hūc nodū nō difficile ē diſſoluere. Apl's nāq; ea ratōe, fidē ſine opibus mortuā eē, pnūciat, quia ē ſine principio uitæ ſpūalis, qua uitā meremur æternā, qd ſane principiū ē ipſa charitas. Vnde eiuſmodi gn̄e uiuēdi aut uitę, fides ſine opib⁹ nimi℞ dr̄ mortua. Atq nihil incōuenit, eandē fidē dici uiuā, q̄ ad ſubſtātiā, & uerā fidei rōnē. Facit nāq; fides

Mortua fides ē uera fides. hoīem eē fidelē, cōſtituitq; eū intra gremiū ecclię, p̄t quoq; cōplura dona ſpūalia, & poſtremo æternā uitā īpetrare. Et ne qs arbitreſ hūc nr̄m exponēdi modū, nimiſq̄ extraneū, & à ſacris

J. Ti.ſ lr̄is alienū, audiat q̄ſo Apl'm in eundū modū loquentē, uidua inqt, q̄ in delicijs ē, uiuēs, mortua eſt. Nec mireris: uiuit em̄ uita naturali, ſed uita gr̄ę carens, ſpiritualiter mortua ē. Et dn̄s in euāgelio, ſili loquēdi mō utiſ dicēs Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Diciſ itaq; fides in pc̄tōre mortua, quia ppter carētiā charitatis, q̄ eſt uita ſpūalis aīæ, nō p̄t, pducere opa uiua. i. æternæ uitæ meritoria. Poſtremo uideāt bene aduerſarij, quō fidē ſine charitate dicāt nō eē uirtutē, quū uirtutis infuſæ definitio colligiſ à doctoribus ex dictis Aug. Virtus ē bona qualitas mētis, qua nemo male utiſ, & quā deus in nobis ſine nobis opaſ. Excludāt ergo ab hac definitōe gn̄aliter fidē etiā informē, ſi poſſint. Q aūt fides āncedēs p quā iuſtificaſ impius nō ſit opinio nō operoſum eſt, pbare, qn̄ hæc ē cū formidine, illa uero cum certitudine & maxima adhęſione, neq; em̄ fides iuſticiam impetrans, poteſt eſſe uacillans.

¶Diſputatio tertia. ¶Aduerſarius.

¶Credendū eſt ſimpliciter, q ſumus filij dei, & ob hoc ſaluandi, quicquid ſit de operibus. ¶Theologus

¶Nemo certus eſt ſe eſſe in ſtatu ſalutis aut filiū dei. Ca.I.

¶Priori parte aſſeris hoīem indiſtincte certum eſſe, ſe eſſe iuſtum, & in ſtatu gr̄æ, qd hętericū nemo eſſe dubitabit opinor qui hæreticus nō ē. Certi em̄ ſumus p fidē, neceſſario reqri aliqs diſpoſitōes, ut hō ſit in ſtatu ſalutis, ſicut ſcriptū ē Eſaię.66.

Ad

Ad quem aspiciam, nisi ad pauperculum & cõtritum corde, & trementē sermones meos. Sed an homo talē dispositionē consequutus sit, nemo pro certo scire potest, cõem uitā agēs, nisi per reuelationē specialem, aut illuminationē. Nunq̃ ergo excidet animo, illud Prophetæ: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me dñe. Et illud Apli. I. Cor. 4. Et si nihil mihi conscius sum, non tamē in hoc iustificatus sum. Et illud Iob. 9. Si simplex fuero, hoc ipm ignorabit anima mea. Quā ob causam Aplus quoq; tam largā securitatē & certitudinē improbans, sic ait: Cum timore & tremore operamini uestram ipsorum salutē. Quāuis ergo homo in generali per fidē suam certus eē debet, hominē, qui uere credit in deū per fidē uidelicet quæ p charitatē operat, esse in statu salutis, de nullo tamen particulari hoīe, homo pt esse certus per fidē, q sit in statu salutis. Cur ita? ratio est, quia fides infusa & infallibilis, nō se extēdit ad particularia, mutabilitati adhuc subiecta, sed ad uniuersalia duntaxat. Scimus em̄ consecratione sup debitā materiā rite facta, Christū esse in sacramēto, nō autē q sub hac uel illa determinata hostia, Christus cōtineat. Itē sub pœna dānationis ęternæ, tenemur hunc articulū credere, quo cōfitemur remissionē peccatorum. Nemo tamē in particulari, certitudine fidei, de se uel de alio certus est, sibi uel aliis esse peccata dimissa, nisi cui hoc fuerit certa illuminatiōe reuelatū: unde præsumptuosum, imo hæreticū est, fidē infallibilē & infusam ad talia particularia per certitudinē extendere. Quis em̄ scire potest, an amore, an odio dignus sit?

¶ Hæreticum est nos esse certos de futura beatitudine. Caput secundum.

¶ In posteriore uero parte nullo habito respectu operum affirmas indistincte hoīem esse certū de sua beatitudine, quod certe præsumptuosissimam hæresim reputamus. Quāuis enim dicat Apostolus, uniuersalem sententiam, quum ait: Proprio filio suo nō pepcit deus, sed p oībus nobis tradidit illū. Ro. 8. & Propheta Esaias, cap. 53, Dñs posuit in eo iniquitatē omnium nostrū, nō tamē omes fiunt beati, neq; assequunt uitā ęternā, aut remissionē peccatorum, pro quibus Christus mortuus ē.

Põt em̃ quis damnari, pro quo mortuus ẽ Christus? Alioqui
Rom. 14 frustra dixisset apl̃s: Noli cibo tuo illũ pdere, p q̃ Chr̃s mortu
us ẽ. Quare nec ex diuĩa ꝑmissiõe, nec ex fide ꝑmissiõis diui-
næ aliqs de sua beatitudine cert⁹ est, qđ sic facile psuaderi põt.
Nã tales ꝑmissiões nõ sunt tãq̃ absolute ĩtelligẽdæ, sed hñt cõ
ditões opeꝝ ãnexas, & in scripturis expssas. Scriptũ ẽ em̃: Qui
nõ tollit crucẽ suã, & seq̃tur me, nõ ẽ me dign⁹. Et Iohã. 14.
Si diligitis me, mãdata mea seruate. Qui nõ diligit me, sermo-
nes meos nõ seruat. Et ca. 15. Si pcepta mea seruaueritis ma-
nebitis in dilectiõe mea. Et Matthæ. 7. post longũ sermonẽ,
Qui habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Et
qui fecerit uoluntatẽ p̃ris mei, hic intrabit in regnum cœloꝝ.
De opibus sic addit: Ois qui audit uerba mea hæc, & nõ facit
sillis erit uiro stulto &c̃. sil'em sententiã dixit apud Lu. 7. ca. Et
ad Ro. 8. Cohæredes ãt chr̃i, si tñ cõpatimur, ut glorificemur
Et ad Hebr̨. Didicit Chr̃us ex his, quæ passus est, obediẽtiã,
& cõsummatus, factus ẽ om̃ibus sibi obtẽperãtibus (.i. mãda
ta sua seruãtibus) causa salutis. Ad hæc cõditiões opeꝝ nõ mi
nus, sed perinde cadũt sub fide uera, ut ad æternã salutẽ neces
sariæ, atq; ipsa beatitudo ꝑmissa, sub fide cadit adimplentibus
eas cõditiões, ut ergo homo de beatitudine sibi ꝑmissa obtinẽ
da, cert⁹ sit, opus est ip̃m esse certũ, has cõditiões opeꝝ à se eẽ
impletas, aut saltẽ extrema pseuerãtia esse adimplendas, alioq
nullã de sua beatitudine habebit certitudinẽ. Haud itaq; mi-
nus incertus de sua ipsius beatitudine manet hõ, q̃ de ultima
sua ꝑseuerãtia in bonis opibus. Proinde hæreticum est dicere
hominẽ nõ esse incertũ de sua beatitudine, quia q̃uis ex parte
dei ꝑmittẽtis defectus esse nõ possit, quia uerax est, & potẽs ꝑ
missa donare, incertus tñ est hõ, an in finẽ usq; sit pseueratu-
rus in bonis opibus, quantũuis etiã uere credat in deum, & in
ip̃m cõfidat. Scriptũ quippe est: Qui existimat se stare uideat
ne cadat. 1. Corinth. 10. Manet ergo homo ex parte suĩpsius
incertus, de fœlicitate sua futura, quàmuis non lateat deũ p-
mittentem hominis cuiusuis futura fœlicitas. ¶ Vt igitur tan-
dem librũ hũc cõcludamus, heretica est positio quã aduersari
us ptinaciter ĩ iudicio sub his ṽbis defendit. Credẽdũ ẽ simpl'r,

q; su-

ꝙ ſumus filij dei, et ob hoc ſaluandi, quicqd ſit de opibus. Sed diabolicus quidẽ libellus, cui titulus eſt, ſumma diuinarũ ſcripturarũ, teutonice deſcriptus, capitulo ſuo quarto, huic noſtræ concluſioni ſub uerbis ſequentibus obſiſtit. Sicut extra merita noſtra deus nos filios ſuos fecit, & hæredes ſuos in baptiſmo, ſic etiã uult nobis dare extra merita noſtra, quod nobis promiſit. Quare nemo debet diffidere, quia ſicut ꝑ opera ueſtra bona nõ meruiſtis quod deus fecerit uos hæredes ſuos ſic propter peccata ueſtra nõ eritis diffidẽtes, quia ſolũ eſt ex gratia dei, ꝙ ſaluamur, & nõ per merita noſtra. Nã anteꝗ aliquid boni feceramus, immo dum adhuc eſſemus inimici dei, tunc deus nos filios ſuos fecit & hæredes. Hæc ibi. Maledictæ ſane & extremæ demẽtiæ miſerorũ falſiſſima hæc eſt conſolatio, quæ idẽ fert iudiciũ de operibus quæ ante iuſtificationẽ, quãdo nulla ſunt opera bona, quod de operibꝰ quæ ex gratia dei & adiuuante deo fiunt, qbus meremur regnũ cœlorũ, qbus regnũ cœlorũ in mercedẽ & promittiť & redditur, ut dudũ in noſtro Epitomate & in hoc opere libro primo diſputatione ſcda cũ ſequẽtibus multis ſcripturis demõſtrauimus. Cęterũ quomõ deus nos dilexerit, & ſimul inimicos nos habuerit, uideat qui uelit Auguſt. lib. tertiodecimo, de Trinit. q materiam hãc mouet cap. 11. & reſoluit cap. 16.

¶ Finẽ ergo huic libro impoſiturus, attendite quæſo uos Lutherani pertinaciſſimi bonorũ operũ inimici, quid ad patres ueſtros antiquos hæreticos & pſeudoapoſtolos dixerit, & quid uobis dicturus eſſet diuus Auguſt. in præfatiõe pſalmi. 31. Intendite ergo uos inquit, alioqui male intelligendo proijcitis uos in illã uoraginẽ impune peccandi & ego liber ſum, ſicut apſus ab omnibus male intelligẽtibus, liber fuit, Libenter eñ male intellexerunt, ne bona opera ſequerentur.

¶ Ex ſententia cõdemnatiõis cõtra aduerſariũ additio.

¶ Nec releuat eũ ſi mõ cõfingat de ſola fide, ꝗ ꝑ charitatẽ operať ſe eſſe locutũ, hoc eñ ſermo eius nõ ꝑmittit. Poſtꝗ eñ declamauit ad populũ dicẽs, Debemus ſcire, ꝙ hõ ſolũ ꝑ fidẽ ſaluus ſit & iuſtus, ſtatim eodẽ ſermone ſic adiũxit, Nunc

aut posset aliqs interrogare ac dicere. Quid est illa fides, per quã solũ salui efficimur. Et cõtinuo fidẽ describẽs de qua loquitur, sic respondit. Hæc ẽ uera cognitio & notitia q̃ puenit per uerbũ dei de Chr̃o Iesu, ꝙ ipse sit saluator & redẽptor nr̃. Ecce ꝙ explanãdo ad populũ qd p fidẽ intelligeret de sola cognitione & notitia Chr̃i mentionẽ fecit, q̃ utiq; bñ sine charitate est in peccatoribus, Nec mentionẽ fecit de charitate & operibus eius. Et tãdẽ materiã suã corã pp̃lo sic cõclusit, Hic ẽ nũc clare ostensum, ꝙ solũ nr̃a fides & notitia de Chr̃o Iesu nos saluos facit & iustos, & nõ nr̃a merita uel opa. Ecce ꝙ nec hic mẽtionẽ fecit de charitate & opibus charitatis, sed potius opera exclusit. Non igitur confingere potest de fide p charitatem operãte se dũtaxat fuisse loquutum.

¶ Finis libri secundi.

¶ INCIPIT LIBER TERTIVS.

¶ Aduersarius.



Icut sponsus amore plenus debitum lapsus & inique acta suæ dilectissimæ sponsæ in se recipit, ac pro eis satisfecit, & ei tradidit amãter oẽs suas diuitias & hæreditates, Ita dñs nr̃ Iesus Chr̃s oĩa nr̃a pc̃ã in se recepit, & oẽs suas diuitias & hæreditatẽ nobis iterũ tradidit, si ei crediderimus & idipsum de eo confidamus.

¶ Theologus.

¶ Cõparationẽ hãc ridẽdã magis q̃ refellẽdã desumpserũt puersi neqtiæ filij, ex uerbis Mar. Luthe. libro suo de libertate Chr̃iana ubi sequẽtia habet ỽba. Fidei gr̃a incõparabilis est, hæcq; aĩam copulat Chr̃o, sicut spõsam cũ sponso, q̃ sacro (ut aplus docuit) Chr̃s & aĩa fiunt una caro, ꝙ si una caro sunt, uerũ inter eos matrimoniũ, immo oĩm lõge pfectissimũ cõsummat &c. sequit & oĩa eoꝝ coĩa fieri. Chr̃s est plenus gratia, uita & salute, anima plena est peccatis, morte, dãnatione. Intercedat tñ fides, & fit ut Christi sint peccata, mors & infernus, animæ uero gratia, uita, salus &c. Qui eñ corpus suũ & seipsam illi (scilicet spõsæ) donat, quomõ nõ omnia sua donat, & qui corpus sponsæ accipit, quomõ nõ omnia quæ spõsę sunt, accipit?

accipit. Hic iam dulcissimũ prodit spectaculũ. Hæc ille. Age itaq; uideamus qd hoc dulcissimũ spectaculũ mundissimi sponsi cũ impurissima sponsa, matrimonialis cõiunctio prætendat. Videamus inquã quid intus monstri alat. Interim tamen Chrũs uideat, dũ nos suũ negotiũ strenue agimus, ne si nos cõtingat (qd absit) cũ obstinatis hoībus infeliciter pugnare, cogaturq; Chrs, uelit nolit (nimirũ matrimonij iure) purulẽtã ac scabiosam spõsam thalamo suo castus spõsus admittere. uideat (inq̃) ne contagiosi corpis scabie maculet. Verũq; ergo dissoluẽtes & impobãtes, qd alio in loco ex diuo Aug. collectũ libro de spũ & lra, cap. 31. narrauimus, erroris importunitate denuo repetẽtes, dicim⁹ (neq; em̃ pudet ut qbus armis semel feliciter fusus est hostis, frustra surgere nitẽtem deprimamus) De hac (Aug. inqt) fide nũc loquimur, quã adhibemus cũ aliqd credim⁹, nõ quã dam⁹ dũ aliqd pollicemur. Nã & ipa dicit fides. Sed aliter dicitur, nõ mihi habuit fidẽ, aliter aũt nõ mihi seruauit fidẽ, nã illud est, nõ credidit qd dixi, illud nõ fecit quod dixit. Hæc ille. Est igitur quædã fides, cuius peculiaris actus est, credere promittentem facturũ satis promissioni suæ, & ex hoc confidenter expectare rem promissam, à qua solet in ciuilibus creditor quis dici, &c. Alia uero est fides cuius propriũ officium est rem à se promissam perficere, & ab hac in ciuilibus dicitur qs fidelis uel fide dignus, ut apud apostolũ. Hic autẽ quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, Et alibi, Esto fidelis usq; ad mortẽ &c. Porrò in carnali matrimonio qñ eius bona recẽsent, fides, proles & sacrm, nõ accipitur fides in priori significatiõe qua cõiunx cõiugem castũ ac sibi fidẽ seruare credat, qa stante utrimq; hac fide frequẽter clã mutuo se defraudãt. Sed accipit fides i significatõe posteriore, secũdũ quã psoluũtur promissa, talẽ em̃ decet fidẽ cẽ i matrimonio, ut neuter cõiugũ alieni thori cõiugio misceatur. His ergo plibatis, instituti nr̃i rõnẽ exequamur, dicentes, fidẽ illam per quã aĩa Chrõ uelut sponso copulatur, non esse illam fidẽ, qua anima credit Chro promissori, tãq̃ fidẽ sibi promissã sp seruaturo, sed ẽ ea fides, cui⁹ officiũ ẽ seruare pmissa, q̃ chriani hois aĩa in baptismatis susceptione deuouit Christo.

Duplex fides.

I. Cor. 4

Sicut

Sicut eñ in ueteri lege qui circumcisionem accipiebat, uniuersam legem Mosaicā se seruaturū promittebat: sic & in baptismatis susceptōe (q̄d circūcisioni successit) totius euāgelicę legis debitores, ipsi nos cōstituimus ad modū loquēdi apl̄i qui
Galat. 5 Galatis contestat̄ dicēs. Testificor rursus omi circūcidenti se, qm̄ debitor est uniuersæ legis faciēdæ, lex aūt euangelica docet & p̄cipit nō solū ut Chr̄o credamus, & in eo cōfidamus, sed etiā p̄cipit, ut q̄ ille iusserit, ope impleamus. Fides aūt sic promissa, sine charitate nullatenus seruari p̄t, q̄ sine charitate nemo ualet euāgelica p̄cepta adimplere. Charitas eñ secūdū apl̄m est plenitudo, id est, adimpletio legis. Et seruator inquit qm̄ in duobus p̄ceptis charitatis uniuersa lex pendet & prophetæ. Proinde charitas, nō sola fides est, q̄ animā sponsi sui
Hiere. 2. Christi, connubio iungit. Sicut dñs p Hieremiā. Recordatus sum inq̄t, tui miserans adolescētiā tuā & charitatē despōsationis tuæ. Et infra p eundē. In charitate ppetua dilexi te, ideo at
Hiere. 31. traxi te miserans. Quā sententiā Canticorū liber confirmat, q cū sit uelut quoddā sp̄ūalis despōsationis epithalamiū, p̄cipue charitatis mentionē facit. Itē dñs in euāgelio. Si qs (inq̄t) diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eū ueniemus & mansionē apud eū faciemus. Quod uero apd̄ Osee legit: Desponsabo te mihi in fide, nihil nr̄æ obsistit ueritati. Ibidē eñ p̄cedit. Et sponsabo te mihi, in iustitia, & iudicio, & misc̄dia, & miserationibus, ubi manifeste innuit ad spiritualē desponsationē nō sufficere solā fidē, sed requiri etiā necessario opa charitatis, cuiusmodi sunt, iustū iudiciū, misericordia, & miseratio. Quod uero pluribus cōmuniter ascribit, nō p̄t absq̧ errore uni singulatim attribui. Sicut hic faciūt infelices Lutherani, q̄d eñ fidei p charitatem formate attribuit scriptura, soli ac nudæ fidei ascribentes, nēpe q de hac fide, quā nos in obseruatione mandatorū dei cōsistere docuimus, nihil dicunt, nihil intelligūt miseri, sed hac postposita ad eam dūtaxat fidē primo se cōferūt, qua deo credit tanq̄ beatificatori ac seruatori nr̄o, deinde ad eā fiduciā qua ex eius bonitate beatitudinē credēdo assequi cōfidūt. Hos sane duos internos animi sui actus, fidei uidelicet ac cōfidētiæ sufficere docēt

ad æternā

ad æternã uitã consequendendã nequissimi seductores flocci facĩẽtes, interim ac ubiq; supprimẽtes eã fidẽ, quæ in custodiendis dei mandatis consistit.

¶ Sed nũc ad utriusq; partis intentionẽ, nostrã uidelicet & Lutheranorũ desp̃õsatiõis Chr̃i cũ aĩa arrã oñdimus, restat ergo, ut dulcissimũ spectaculũ illud in q̃ Lutherus cũ suis gloriat̃, p̃pius oculis uestris subĳciam⁹, ac (sicut p̃misim⁹) q̃d intus monstri alat indicemus. Nullas cõditões in q̃bus fundet̃ spiritualẽ matrimoniũ aĩæ cũ Chr̃o addit iste audacul⁹ assertor, q̃ ut tm̃ credamus Chr̃o oĩa bona p̃mittenti, de eoq; cõfidamus, tãq̃ oĩa bona largituro, de mutuo uero amore, q̃ aĩa sup oĩa Chr̃m diligat, q̃ est charitas, de cęteris diuinis p̃ceptis, quorũ obseruationi p̃mitti, & debet̃ uita æterna, ne uerbũ quidẽ facit. Quid igit̃ aliud faciũt, istiusmõi ĩdignissimi spectaclaia ctores, q̃ q̃ in spirituali m̃rimonio aĩæ ad Chr̃m, aĩam sifẽmfaciũt & cõferunt p̃stitutæ & adulteræ, q̃ marito suo sciẽti & cõniuenti illudit, quotidieq; fornicatões & adulteria alia sup alia cõmittẽs ex castissimo uiro lenonẽ, atq; suæ turpitudinis ignauũ patronũ facit. Quasi uero Chr̃s citra delectũ, assumat sponsam etiã nephãdissimã, usq; adeo de mũditia sponsæ suę sit negligens, ut nec eã mũdã efficere curet aut cupiat, nec sui amatricẽ reddere, sed duos dũtaxat actus internos de ea req̃rat, credẽdi uidelz & cõfidẽdi, de iustitia uero, cęterisq; iustitiæ uirtutib⁹ nõ curet, sed his duob⁹ actib⁹ habitis, aliorũ uitiorũ cõsortiũ haud abhorreat. Quasi posset eẽ q̃dã p̃ticipatio iustitię cũ iniq̃tate Chr̃i ad Belial. ¶ Præterea quid his uerbis aliud sibi uolũt, q̃ q̃ aĩa (mõ istos duos actus cõmemoratos habeat) sp̃õso Chr̃o credat in eoq; cõfidat, licet uolũtati sp̃õsi sui in nullis aliĳs obtẽperet, forniceturq;, ac sp̃õso suo nulla in re fidẽ teneat, sed tm̃modo castitati & mũdiciæ sp̃õsi sibi castã & uerã fidẽ seruãti, firmiter credat: cõfidatq; propterea cõstanter sese tanq̃ dignã assequuturã hęreditatẽ oẽm, oẽs sui sponsi diuitias, sicq; porro digna erit procacissima meretricula oĩbus bonis sp̃õsi sui, ob duos actus cõmemoratos, quorũ & si unus sit laude dign⁹, ita q̃ sit laudabile firmiter & certo credere Chr̃m nobis seruare fidẽ promissam & addictã, alter uero extremæ sit p̃sumptio

nis,istis(inq̃)duobus actibus stantibus,ilico anima uel peccatis omnino immersa psceuerãsq; in illis(ut stultissimi impostores illi fingũt)tota hæreditate Chr̃i certissime pfruet. Ecce scenã deteximus & dulcissimũ,id est,fœdissimũ spectaculũ ob oculos posuimus. Nunc qui dignabunt curiosius singula riment, ac dulcissimũ Lutheranorũ spectaculũ mecũ rideant & detestent. Sed longius his nenijs cõfutandis immoratus sum q̃ par erat,forte tñ nõ inutile uisum fuit noui matrimonij paranymphis hac similitudine,pudicas deo dicatas mentes excecare et obfirmare,ne sacrilegi matrimonij scelere deterrerentur,si uiderent Christum pariter fœtidissime conscientiæ habitaculum non abhorrere

¶Secunda disputatio.

¶Aduersarius.

¶Dominus noster Iesus Christus omnia nostra peccata,quę fecimus,facimus aut adhuc facturi sumus, adeo plene in se recepit atq; pro eis per passionẽ suã amarã,&mortẽ suã innocentem ac lugubrẽ,tã perfecte,superabundanter ac multipliciter satisfecit,q nec ip̃a diuina iustitia possit,aut audeat loqui,aut mutire,aduersus eos qui in Chr̃m cõfidunt,& idip̃m firmiter credunt quantumlibet etiam magni sint peccatores.

¶Theologus.

¶Humani intellectus natura sic habet ut si qđ desideramus assequi posse cernimus,statim nos assequuturos credamus. Ex qua credulitate,quæ in parte est cognitiua,sequit in parte appetitiua quædã fiducia. Hæc aũt fiducia in adipiscẽdis spũalibus præsumptuosa est,qñ extendit in bonũ spirituale ut possibile acquiri p diuinã om̃ipotentiã & misericordiã, qđ tñ nõ ẽ possibile p diuinã ordinationẽ,ut cũ quis delicti sui ueniã sperat absq; dei dilectiõe,absq; pœnitẽtia.aut regnũ cœlorũ assequi putat sine meritis & sanctis operibus p̃sumptuosus est,licet enĩ possibile sit,per diuinã om̃ipotentiã &c. Veniã impetrare delicti,& regnũ cœlorũ assequi, hoc tñ impossibile est secũdũ diuinã ordinationẽ absq; pœnitẽtia &opibus bonis. Ista aũt positio asserit deũ nihil requirere ex nobis,nisi duos actus internos actũ, dico credẽdi & actũ cõfidẽdi,quos actus cũ homo ha

mo habuerit, iustitia diuina nihil inuenit in tali homine, quod puniat quantūlibet peccator sit. Talis ergo hō quantūcūq; pdi te uiuat, bonis oībus insidiet ac sanctos psequat usq; adeo ē ab oīni pœna immunis, ut ad hūc puniēdū, diuina iustitia ne mu tire quidē audeat. Sed ut efficacius non minus abominandā q̄ temerariā assertionē confutemus, & ne ullus tergiuersandi lo cus aduersario relinquat, suam ipsius aduersarij rationē in au torē retorquentes sic argumētamur. Christus in supabundātē satisfactionē nostrā, mortē sustinēs, oīa peccata nr̄a præteri ta pn̄tia, & futura supra se recepit, ergo etiā sublatis actibus credēdi & cōfitēdi, quos iste ponit, in nephādissimo peccato re nihil pęna uel punitiōe dignū, neq; etiā alicuius pene reatū reperiet. Siue ergo credā siue nō credā, siue cōfidā siue nō cō fidam, Chr̄us ,p me satisfecit & pęnas à me debitas, ipse exol uit, nullā ergo pęnā iustitia diuina à me poterit exigere. Non eñi iuste expetit debitū, quod dudū est persolutū. Verbi gra tia: Si Petrus solueret ,p me Iohanni centū, non potest Iohan nes illos centū, siue iniquitate à me petere. Ita sane diuina iu stitia, nō potest sine iniquitate pęnam exigere quam Christus abundanter ,p me persoluit: alioquin diuina iustitia, quasi bis puniret in idipsum, quod de ea nefas est dicere uel cogitare. Item deus (inquit Apostolus) proprio filio suo non pepercit Roma.8 sed ,p nobis oībus tradidit illū. Et apud Prophetam: Posuit Esa.53 deus in eo iniquitatē oīm nr̄m, languores nr̄os ipse portauit, li uore eius sanati sumus. Ergo etiam in nobis neq; credentibus, neq; cōfidentibus, utpote pene infidelibus, iustitia diuina ni hil inueniet neq; ullius pene reatum seu debitū inueniet, quia Christus (ut iste inquit) ,p nobis abunde satisfaciendo, nos ab oīni reatu, seu debito satisfaciendi liberauit, in præterito præ senti & futuro. Faciamus ergo omnia quæ libidini, quæ mali gnitati occurrerint. Et neq; purgatorium neq; infernum time amus: Etiam si neq; in deum credamus neq; confidamus, iusti tia diuina non audebit contra nos mutire. Vides hic Christia ne lector, stultissimæ positionis fundamentum esse subuer sū. ¶ S3 dices aliena satisfactio nō releuat debitorē, nisi in so Euasio. lutionē debitor cōsentiat, eā q̄q; acceptet, sicut in humanis etiā

debitis, idipm cõtingit, uerbi gra:in exemplo prius dato, nisi ego rati habeam, solutionẽ pro me factã, nõ erit pro me satisfactũ. Qui aũt satisfactioni Chri non credit, nec in ea cõfidit, etiã hanc Chri satisfactionẽ nõ acceptat. Proinde neq ipse à

Euasionis confutatio

pœna liberatur, sed eius debitor remanet. Rñdeo, siue ego approbẽ siue nõ approbem: iustitia tñ dei satisfactionẽ Chri realiter acceptauit, sicut in exẽplo dato: Iohãnes pecuniã numeratã recepit, & ergo solutione Petri recepta, nullam aliã solutionem absq manifesta iniqtate à me quærere potest. Ita quia pater cœlestis in supabundantẽ satisfactionẽ tradidit p nobis filiũ suũ in mortẽ, & iustitia diuina traditionẽ illã acceptauit, (nisi quis dicere audeat iustitiã diuinã à paterna sapiẽtia discrepasse) Idcirco nihil est, qđ iustitia diuina à nobis uelut debitũ pœnale queat exigere, quãdoquidẽ Chrus p passionẽ suã amaram omẽ pro nobis debitũ exoluit. Sed quia hæc uelut impia & blasphema, piæ aures audire dedignant: ideo dicendũ est, q Christus pro omibus satisfecit sufficiẽter, nõ tamẽ efficaciter pro omibus, sed pro his tm, quibus passio Christi applicatur. Passio aũt Chri non applicatur nobis p solã fidẽ & fidutiã spei ut nugatur iste, sed per fidẽ, spem & charitatẽ. Siquidem Christus (ut est apud Petrum) passus est pro nobis non solũ ut ei credamus & confidamus, sed nobis reliquit exemplũ, ut sequamur uestigia eius, & ut si compatiamur, etiam conregnemus. unde & dñs in euangelio: Qui non baiulat (inquit) crucem suam & sequitur me, non est me dignus.

¶ Disputatio tertia.

¶ Aduersarius.

¶ Istud itaq firmiter credere & cõfidere quod dñs meus Iesus Christus pro omibus nostris peccatis passionem pertulerit & crucẽ subierit deo est acceptius, & mihi salubrius q̃ si ego ipse millesiet à Turcis propter dei honorem passionem perferrẽ, crucemq subirem aut martyr efficerer.

¶ Theologus.

¶ Nõ poteras certe, ppi^s ad Lutheranę malignitatis scopũ attigere q̃ dũ excellẽtissimę charitatis op^s lõge ĩfra sub fide & spe deprimis, oĩa simul bona opa dãnes at cõtodias. Nullus em̃ ptucrum

uerꝫ subire martyriũ & uere martyr dici, nisi ultra id quod in Chrm credit atq; cõfidit, etiã Chrm uocis attestatõe cõfitear, qđ sane maius ẽ, quia istud ẽ ad salutẽ, ubi prima duo ptinẽt ad iustitiã, dicẽte aplo: Corde credit ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Ita ultra pdicta tria uidelicet fidẽ & spẽ & oris cõfessionẽ, q̃ inuenit etiã in hoĩbus modicæ charitatis. Verꝫ cõsum matũq; martyriũ qđ ppter chrm ad dei honorẽ sustinet, actũ addit maxĩe charitatis iuxta sñiam saluatoris: maiorẽ charitatẽ nemo habet ut aĩam suã ponat qs p amicis. Iã uideam', utrꝫ sit accepti' deo, et nobis salubrius, an habere duos act' tñ, fidei uidelicet & spei, q pñt eẽ in hoĩbus modicæ charitatis, ĩmo in pctõ mortali existẽtibus. Nõne gratius ẽ deo homĩq; salubri' sicũ duobus illis actibus addat opus aliqđ excellẽtissimæ constãtiæ atq; charitatis. Profecto si btissimo Paulo credam' multo gratius ẽ deo, & hoĩ salubrius, hre charitatẽ excellẽtissimã, q̃ fidẽ & spẽ absq; ulla charitate. Apls em cũ nõ solũ excellẽtẽ sed simplicẽ charitatẽ, oĩmi fidei & spei pfert, cũ inqt. Si habuero oẽm fidẽ &c. charitatẽ aũt nõ habuero, nihil sum. Et iterꝫ Nũc aũt manẽt fides, spes, charitas: maior aũt horꝫ ẽ charitas.

¶ Disputatio quarta.

¶ Aduersarius.

¶ Atq; ideo loquit Chrs: Qui in me credit nõ iudicat, hoc ẽ, Deus nõ cõsiderat, q̃ aut qualia chriani homĩs sunt opa, bona aut mala, sed sola eius fides ei reputat ad iustitiã & sanctitatẽ, quia fides nõ attendit ad hoĩem, aut eius opa, sed ad solũ Christũ, & eius opa ac merita, per quę sola credit se saluari, si etiam totius mundi peccata fecisset.

¶ Theologus.

¶ Ergo ne nouus Euãgelij spoliator (dicerẽ scoliator) aliqđ e tuo capite, Chri addis euãgelio quo illud falsissima expositõe ad tuã ipsius pniciẽ adulteres atq; corrumpas? Quid deinceps nobis irasceris, sicubi forte nõ nram, sed alicuius approbati, ac sancti uiri expõnẽ obiecerimus, qñ tn nõ alterius expositionẽ sed ppriũ somniũ cõtra euãgelij sensum, nõ es ueritus adducere. Qui in me credit, nõ iudicat, hoc ẽ inquis. Deus nõ cõsiderat, q̃ aut qualia Chriani hoĩs sint opa, bona aut mala, nimirꝫ

 qui

qui circa cardines cœli ambulat, nec nostra considerat. Opinor quod hāc expositionē sub scamno latitantem extraxeris, magistri tui Lutheri imitatus exemplum, qui id genus multa hactenus mundo incognita, ex uno pedū puluere, ac de ipis gradibus protracta, luci atq; diei reddidit. Quis enim hunc locum ita exposuit? Quando enim Christus dicit: Qui credit in me, non iudicatur, intelligi uoluit, non de quacunq; fide (ut tu somnias) sed de fide per charitatem operante, id est, dei mandata adimplente, talis enim non iudicatur, id est, non habet causam, propter quam condemnetur. Et hanc expositionem nos non confingimus, sed eam Christus pluribus in locis manifeste insinuauit, qn̄ seruantibus mandata, promittit uitā ęternam: non seruantibus ignem ęternum. Proinde q̄ dicis deum non curare opera nostra, quæ aut qualiā sint, manifeste repugnat sacro Euangelio, ubi homines pro bonis operibus ponūtur ad dextram in gloriam: pro malis uero ad sinistram, in supplicium æternum. Est quoq; contra apostolum Paulum, qui Ephesiis scribens: postq̄ fidem commendasset subiungit, dei enim factura sumus creati in Christo, in operibus bonis, quæ ꝑparauit deus ut ambulemus in eis. Sed & Petrus apostolus, nōne frustra credendus est admonuisse, ut per bona opera certam faciamus electionem nostram & uocationem. Tantū abest, ut ea deus non curet, quibus tormēta parauit aut gloriam. Hinc ergo palam fit, q̄ apte consonet euangelio sub scamno q̄sita expositio, & q̄ conuenienter dicatur: deus non considerat opera, sed sola eius fides, ei reputatur ad iustitiam. Quō ēm uerum est, quod Psal. ait: Oculi dn̄i super iustos, & aures eius in preces eoꝝ. Vultus aūt dn̄i super facientes mala, ut perdat de terra memoriā eoꝝ: si deus non cōsiderat opa. An nō considerat opera, cui omnes capilli capitis nostri numerati sunt, et de om̄i uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, rationem est exacturus in die iudicij. Sed falsissimā interpretationē plane sapiētis sn̄ia reprobat, ubi ait: Respicit dn̄s uiā hoīs, & oēs gressus illius considerat. Quod autem dicis, q̄ per sola merita Christi, & non per merita hominis saluamur, quia superius ab initio satis ostendimus, ad alia transeamus.

Aduersari-

¶ Aduerſarius.

¶ Itaq; hõ chriſtianus, etſi oĩa peccata mũdi cõmiſiſſet, tñ credit & cõfidit firmiter, ꝙ pater cœleſtis illi propicius erit, & beatũ faciet propter Chriſtũ, & ob id etiã beatus efficitur, qa ea eſt gloria euãgelĳ, ꝙ peccatores ſaluos faciet, atq; in euangelio ſola infidelitas pro peccato reputatur, ſicut Chrũs a it. Qui nõ credit iam iudicatus eſt & condemnatus.

¶ Theologus.

¶ Fauorabilis ſane aſſertio, & impiorũ auribus longe gratiſſima. Sed partem eius priorẽ uidelicet, ꝙ propter ſolũ credere, atq; confidere, cœleſtis pater beatos nos efficiat, iam ſatis nos confutauimus ſuperius. Q2 autẽ dicis eam eſſe euangelĳ gloriam ꝙ peccatores ſaluos faciet libenter admittimus, uenit eñ filius hominis quærere & ſaluũ facere qđ perierat, & apud apoſtolũ Paulũ. Fidelis ſermo, ꝙ Ieſus Chriſtus uenit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere quoꝝ primus ego ſum, &c. Sed ꝙ hoc fiat in adultis & rõnis uſu pollẽtibus, abſq; bonis operibus proprĳs, præſertim ſi de ſalute patriæ loquamur, ut hæreticum & impium prorſus negamus, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei, & niſi compatimur, non conregnabimus. Item oportet omnes nos ſiſti ante tribunal dei, ut referat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit. Sed contra finalem uidelicet, ꝙ ſola infidelitas pro peccato reputatur, ſic (ut ſuperius oſtenſum eſt) inſtitimus, qa omis fides ſtat in hoĩe, charitate deſtituto, & peccati mortali obnoxio, ubi aũt oĩs fides, profecto ibi nulla eſt infidelitas, mẽdaciũ eſt igitur dũ inquis ꝙ in euangelio ſola ĩfidelitas pro peccato (reputatur.

¶ Aduerſarius.

¶ Si iudicari deberẽ ò mi pater cœleſtis ſecũdũ exigentiã meorũ opeꝝ aut meritoꝝ, poſſem tũc ſperare aut deſperare, ſed quia per meam fidem & confidentiã in Chriſtum Ieſum ſaluus ero, ideo nihil obeſt an mea opera bona ſint an mala, ſi ſolum ſciam firmiter credere & de tua bonitate confidere.

¶ Theologus.

¶ Tu ne igitur nouã iudicãdi normã deo ꝑſcribis, ut q ſecũdũ ſcripturas ſꝑ hactenus ſcđm opa uniuſcuiuſq; propria iudicauerit,

uerit, iã deserto hoc iudicandi ordine, secũdum solum credere atq; confidere, iudicare cogatur. Ergo ne scilicet ob tuam pesm uel desperationẽ uniuersum iustitiæ suæ ordinẽ immutabit deus? Pudeat te, si uel unam christiani sanguinis guttam habes in corpore tuo tã scelerat꞉ uocis. Quoties legis in Apocalyp. Iohãnis? Iudicatos hoĩes secũdũ opa. Vis ut pauca ex his referã? Iudicati sunt mortui ex his q̃ scripta erant in libris secundũ opa ipsoꝝ. Et iudicatũ est de singulis secũdũ opa iporũ. Deniq;. Ecce uenio cito, & merces mea mecũ est reddere unicuiq; secũdũ opa sua. Sed quid insanissimã opinionẽ unius libri testimoniis refello, quã infinitæ fere scripturæ damnant atq; confodiunt.

¶ Aduersarius. Disputatio quinta.

¶ Oĩa nr̃a opa propria, quis bona aut sc̃ã uideant, oĩa sunt immũda, quæ p prophetã Esaiã cõparãtur immundo & foetido panno, quo utuntur leprosi & morbillis oppleti, quo sanguinem à uulneribus extergunt.

¶ Theologus

¶ Quia positionis huius ansam ex Lutheri uerbis arripuisti, uidendum nobis est an hæc expositio eius falsæ doctrinæ cõsentiat. Quod ut luce clarius fiat, eius uerba referamus. Sic autem inquit Esa. 64. Facti sumus immundi omnes, & quasi pãnus menstruatæ, uniuersæ iustitiæ nostræ. Hæc uel sola autoritas obstruit omnium cõtradictorum os, & gulã, cũ sit aptissima, esse nos oẽs imũdos, & nõ mõ iniustitias, sed iusticias q̃q; nostras apud deum. Et iterum. Scio quid hic solent opponere, scilicet prophetam loqui de iustitia nostra, quæ ex lege est quã apl̃us quoq; damnat. In hanc sententiã etiã diuus Hiero. cedere uidetur. Sed uerba prophet꞉ sunt manifesta, loquit̃ eñi in psona totius fidelis populi q̃ nõ iustitia legis, sed gr̃a iusti erant. Et rursus sic cõcludit. Nõ dicit propheta iustitiæ nr̃æ & nos, sed oẽs & uniuersæ iustitiæ, neminẽ excipit, & nullã iustitiã mũdã asserit. Hactenꝰ Luthe. Inuenimꝰ ex apl̃o Paulo imprimis eẽ quandã iustitiã humanã, id est, solis hũanis uiribus partã, à qua apud gẽtiles etiã multi iusti sunt uocati, ut Fabritij, Socrates, Seneca, & multi alij, qui ob singularem animi

cõstantiã,& uirtutis robus,iustitiç nomẽclaturã meruerũt,& talis erat passim iustitia Iudæorũ,q solo adminiculo scriptę legis,suis uiribus,nõ adiutorio gr̃æ & fidei mediatoris Chr̄i, arbitrabant̃ se implẽdæ legi sufficere,de q̃ iustitia illd ap̄li Pauli intelligẽdũ ẽ dicẽtis,Qm̄ hñt qdẽ gl̃iã,sc3 apd hoẽs,sed nõ apd deũ. Alia ꝟo est iustitia cœlitus hoĩ infusa,& hæc ẽ iustitia, q̃ iustificamur apd deũ:de q̃ illd Esa.64.accipi pt. Occurristi lętãti & faciẽti iustitiã. Vtrãq; tñ satis manifeste ĩdicat ap̄lus ad Ro.x. Ignorãtes(inqt)dei iustitiã,& suã uolẽtes cõstituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Iustitiã dei exponit Aug⁹ innũeris locis,nõ q̃ deus in se iustus est,sed quã nobis infundit, ut apud eũ iusti simus. Itẽ ad Phil.3. Si qs ali⁹ uidet̃ cõfidere in carne, ego magis,&c.sc̃dm iustitiã q̃ in lege ẽ, cõuersat⁹ sine q̃rela, sed q̃ mihi fuerũt lucra,hæc arbitratus sum ꝓpter Chr̄m detrimẽta,Verũtñ existimo oĩa detrimẽta eẽ,& arbitror ut stercora,ut Chr̄m lucrifaciam , & ut inueniar in illo nõ hñs meã iustitiã,q̃ ex lege ẽ,sed eã q̃ ex fide est Iesu Chr̄i. Vides hic cãdide lector ꝙ sc̃dm iustitiã legalẽ,q̃ in solis externis cõsistit operibus,siue q̃rela(.i.iuste fuit cõuersatus)sed hãc ut stercora uilipẽdit,ut inueniret̃ in Chr̄o,nõ hñs suã iustitiã,q̃ ex lege est .i.q̃ est ꝑ solũ adiutoriũ legis ex uiribus hũanis,sed eã q̃ ex deo est ꝑ infusionẽ gr̃æ. Vides deniq; ap̄lm de se scribere, ut inueniar in eo,nõ hñs meã iustitiã,de alijs uero ꝙ ignorãtes dei iustitiã,suã cõstituere uoluerint? Quas ergo ap̄ls sub diuersis nominibus meã et suã dixit, has ꝓpheta sub uno noĩe cõplectẽs nr̃as iustitias appellauit. Et q̃s ap̄lus cõparat stercorib⁹, ꝓpheta panno mẽstruato cõparauit. Nõ ergo dixit ꝓpheta uniuersas iustitias absolute,sed uigilãter uniuersas nr̃as iustitias.i.humanis uiribus acq̃sitas eẽ immũdas,q̃s ap̄ls stercorib⁹ assimilauit. Nõne satius fuisset Martino cũ btõ Hiero.uerã ꝓphetę intelligẽtiã,ex textu ap̄lico accipere q̃ textũ ꝓphetæ mutilãdo mẽdaciter corrũpere,& corrũpẽdo cõcludere uniuersas iustitias,etiã eorũ q iustitia diuinæ gr̃æ iusti erãt, eẽ immundas? An iustitiã dei ꝑ quã nos formaliter iustos facit immũdam dicemus? Absit. Alioqn fidẽ quã deus nobis infundit,etiã ĩmũdam dicem⁹,de q̃ tñ dr̃ in actibus ap̄lorũ,ꝙ purificat corda,&

de qua

de qua p pphetā dr. Effundā sup uos aquā mūdā, & mūdabi-
mini ab oibus inquinamētis uestris. Ad hāc iustitiā ptinet illud
saluatoris. Ois q bibit ex aqua hac, quā ego dabo, fiet i eo fons
aquæ saliētis in uitā ęternā, in quā (testāte aplo Iohā.) nihil co
inquinatū introire pt. Deniq3 ad hāc iustitiā referēdū est, q Ia
cobus dicit. Religio mūda hæc est apud deū, uisitare pupillos
&c. Et nihilominus mēdacissimus Sicophanta pceptor tuus
Martinus audet dicere sine exceptiōe, uniuersas iustitias esse
immūdas, & nullā ab immūdicia iustitiā excipi. Dignus pro-
fecto ē Lutherus, cui talia ac tā crudelia pcinētis tā diligenter
succinatis. ¶ Disputatio ultima.

¶ Aduersarius.

¶ Atq3 ob id maledicti sunt oēs à deo & sctis suis, q p propria
opa sua & merita existimāt & uolūt saluari, & coelū ob ea pro
mereri ac emere, qa isti saluatorē suū Iesum abnegāt, & suijp
sorū saluatores eē uolūt. Ipsi despiciūt & abijciūt dnm nostrū
Iesum Christū cū oibus passiōibus & meritis, atq3 ipm habēt
pro mēdace & deceptore. Quia si opa nra nos saluare possent
aut ad salutē coopari, frustra Chrs crucifixus ē & mortu[9], &
tota sacra scriptura falsa ē & mēdax, & Chrs suis uerbis & o-
peribus nos decepit. Quæ posset maior eē blasphemia cōtra
deū, q̄ maledicta ista aut æstimatio aut opinio istorū sanctorū
¶ Theologus. (operariorum.

¶ Atrocior à seclo uix est audita obiurgatio aut crudelior in
Christū & spōsam ei[9] ecclīā ex falsissimis principijs p aduersa
riū illata. Verū lib. I. à disputatōe. 2. usq3 ad octauā & deinceps
in libris sequētib[9] adeo clare & diffuse oia diluim[9], ut supua-
caneū ducā hoc loco, qppiā supaddere. At quū aduersari[9] im
piā blasphemiā eē putat, si dicam[9], opa nra nob coopari ad sa-
lutē, uideat ipse quō aplm à blasphemia excuset, q ad Phil. 2.
Fideles hortat dicēs cū metu & tremore uestrā salutē opami.
Aug[9] vo sic citat cū timore & treōre uestrā iporū salutē opa
mi. Postrēo qn scriptura de fide loqt, ut distincta ē cōtra spes
& charitatē, tribuit ei actū credēdi. At Lutherani, qn cōuicti
p sacras lras, uidēt fidē ipsam & actū eius credēdi eē posse si-
ne bonis opibus, solamq3 fidem nō iustificare, mox ex allusi-
one uocabulorum turpi fuga ad fiduciam seu actum fidendi

Cōfutatur cois euasio Lutheranorum.

cōfu

cõfugiũt, q sane actus, nõ ẽ actus fidei, sed spei, ptinensq; nõ ad cognitiuã, sed appetitiuã potẽtiã, orit aũt ex actu fidei, q ẽ credere. Qñ eñ hõ æstimãs se bonũ desyderatũ posse adipisci credit se adeptuꝫ, & ex tali fide seu credulitate ꝑcedẽte in cognitiua poña motus sequẽs in appetitiua, fiducia noiat. Denominat eñ motus apetitiuus à cognitiõe ꝑcedẽte, sicut effectus à cã magis nota. Magis eñ cognoscit uis apꝑhẽsiua propriũ suũ actũ q̃ actũ appetitiue potẽtię. ¶ Proinde euasio ista nulla tenus ẽ ad ꝓpositũ, Nõ eñ fiducia ẽ actus fidei, sed actus spei. Fidei eñ actus ẽ ipm credere, de q̃ scriptũ. Quõ inuocabũt in quẽ nõ crediderũt? Hæc fides docet opa bona ad salutẽ æternã eẽ necessaria, In q̃ nimiꝝ fides hoies desides atq; infirmos terrere ac grauare uidet, in hoc tñ plurimũ miseros cõsolatur pctõres, qñ docet facilia eẽ opa bona & legẽ adimplere obtẽta charitate, charitatem q̃q; facile posse obtineri p fidẽ, humili ad deũ fusa oſone. Et hæc ẽ cõpẽdiosa illa uia, infirmitatẽ humanã maxie cõsolãs, quã in hoc ope uenati sumus, ubi Lutherani cõtraria uia incedũt, miseros uanissimis ac mendacissimis promissionibus seducẽtẽs. Opera eñ deprimẽtes, fidem uero solã magnificantes, cõsolantur eos, et ad latã uiã quæ ad mortem ducit, suis mendacijs pertrahunt, ubi Christus artã uiam quæ in obseruatione mandatoꝝ dei per bona opera consistit docuit amplectendam, qui regnat deus gloriosus in secula seculorum benedictus, Amen. Summarii a conclusio libri.

Quomodo legendum sit in erratis.

¶ B.z.linea.7.a fine, lege iuramẽtũ. ¶ B.3.facie.z.lin.19.leg eo mõ. ¶ Ibidẽ, li.8.a fine, qñ de merito. ¶ Ibidẽ cõtinue, leg. bis alter ꝑalr ¶ B.4.li.ij. a fine, leg. sine cã. ¶ C.facie.z.li.5.a fine, leg. credentes. ¶ C.z.li.7.leg. colligis. ¶ C.4.li.j4.leg. in his. ¶ D.j.li.8.a fine, leg. ipse satisfecit. ¶ Ibidẽ, leg prius a nobis. D ulti.fac.j.li.jz, quæ demptis ¶ E.·.li.6.leg. qñ in ueritatis &c. ¶ Ibidẽ circa finẽ, le. miracloꝝ ¶ E.z .li.ij.le. essem. ¶ E ultima facie.z. dele ¶ ante dictionẽ ueꝝ. ¶ F.j.circa finem fides operatur.

AD LECTOREM.

HAbes hic Christiane lector, nostras disputatiunculas familiari atque scholastico stylo, sub trium libellorum ordine conscriptas, Horum primus catholicas aliquot ueritates defendit aduersus Lutheranos quosdam. Reliqui uero duo libelli aduersus duos sacerdotes, de societate fratrũ sancti Hieronymi in Amersphordia sunt conscripti, Fratres dico Lutherana perfidia corruptissimos & quidem usque adeo proteruos, ut præ nimia pertinacia sententiam extremæ condemnationis ferre atque per iudices fidei, brachio seculari adiudicari maluerint, quàm suæ perfidiæ errores reuocare. Vale pie lector, & nostram diligentiam boni consule.